

**Physiologvs Syrvs, sev historia animalivm XXXII in S.S. memoratorvm, Syriace. E codice Bibliothecae Vaticanae nvnc primvm / edidit, vertit et illvstravit Olavs Gerhardvs Tychsen.**

### **Contributors**

Tychsen, Oluf Gerhard, 1734-1815.  
Biblioteca apostolica vaticana.

### **Publication/Creation**

Rostochii : Ex officina libraria Stilleriana, 1795.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/rabupfrg>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>






41153/A

PHYSIOLOGUS

4 / —











86667  
PHYSIOLOGVS SYRVS

SEV

HISTORIA ANIMALIVM

XXXII.

IN S. S. MEMORATORVM, SYRIACE.

E

CODICE BIBLIOTHECAE VATICANAE

NVNC PRIMVM

EDIDIT, VERTIT ET ILLUSTRAVIT

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN

SER. DVCI REGN. A CONSILIIIS AVLAE,  
LL. OO. IN VNIVERSITATE  
LITT. ROSTOCH. P. P. O. BIBLIOTHECAE  
ET MVSEI PRAEFECTVS,  
REG. ACAD. SVECANAELITT. HVM. HIST.  
ET ANTIQVITATVM,  
REG. SOC. SCIENT. VPSALENSIS  
ET SOC. LITT. VOLSCORVM VELITRIS  
SOCIVS.

DE. A. THOLUCK

---

ROSTOCHII MDCCXCV.

EX OFFICINA LIBRARIA STILLERIANA.





Quod publicae luci expono historiae naturalis de animalibus S. S. opusculum syriacum, Eminentissimi Cardinalis STEPHANI BORGIA beneficio, e codice Bibliothecae Vaticanae ad meos usus transcriptum fuit, pro quo insigni favore debitas et immortales summo litterarum statori ac vindici ago habeoque gratias. Quum primus et vnicus adhuc cognitus sit libellus, qui res naturales idiomate Syriaco persequitur, committere nolui, vt eruditi eius aspectu mea culpa nimis diu priua-  
rentur. Solet enim mens humana, vbi aliquo blandioris spei argumento capitur, dulci quadam absentis boni imagine spem suam alere, vt mihi euenisse recordor, cum in Bibl. orient. Clementino-Vaticana T. I. p. 630. col. 2. Cod. LXXVI. consignatum legerem: *Historia animalium. Syriace.* Sed euoluto



Bibliothecae Apost. Vatic. Codd. MSS. catalogo, P.I. Tom. III. p. 504, vbi haec scripta erant. Cod. CCXVII. bombyc. \*) num. XIII. *Historia animalium. Syriace.* folio 212-219  
 ܠܗܝܘܢܐ ܕܗܝܘܢܐ ܕܗܝܘܢܐ . ܗܝܘܢܐ ܕܗܝܘܢܐ  
 ܗܝܘܢܐ ܕܗܝܘܢܐ . ܗܝܘܢܐ ܕܗܝܘܢܐ (i. e. *Initium historiae amissum fuit.* Incipit: *Physiologus de hyaena.*

- \*) Volumen, quo continetur, hunc in modum l. c. describitur: „Codex in 4. bombycinus, „foliis constans 334. Arabice, litteris tamen „syriacis exaratus, inter Codd. Arabicos a „nobis in Bibliothecam Vaticanam illatos, „olim octogesimus primus.“ Varii argumenti libellos XXVII. complectitur, de quibus Steph. Euod. Assemani siluit, sintne tantummodo in vnum compacti, vt numerus XXIII. *professionem fidei ar. et lat. Romae 1566. impressam* exhibens, requirit, an tanquam collectanea ab vno eodemque librario exarata. Nec rationem reddidit, qua ductus libellum nostrum ab initio mutilum pronunciauit, cuius tamen defectus Jo. Sim. Assemani in Bibl. Or. l. cit. mentionem non iecerat.



*hyæna. Lex dicit.)* spes quidem minui coepit, nec tamen, nisi adepto Codicis apographo, conquiescebam. Atque vel ex hoc capite eius editionem philologis et naturæ scrutatoribus haud ingratham fore confido, ne idem iis ac mihi olim accideret, ut in spem vel exiguam, vel nimis amplam de hoc codice ingrederentur. Quamquam historia naturalis ad eum hodie dignitatis et perfectionis gradum ascendisse videtur, ut opis syriacæ haud indigeat, tamen multis in rebus magno usui esse potest. Nam ut taceam librorum syr. excusorum paucitatem, non modo nominum syriacorum, quibus animalia in S. S. appellata fuerunt, significationem, quæ sola adhuc Lexicorum lubrica fide nititur, vel confirmat, vel reiicit, sed ad linguæ quoque genium et diuitias penitus cognoscendas multum confert. Veterum etiam auctorum de animalibus relationes, quas vulgi opiniones et philosophemata rectius dixeris, quam syra veste indutæ appareant, lectores allicere poterunt



ad vera a falsis solito maiori industria discernenda, et eas animalium proprietates curatius inquirendas, quae fabulis, quibus veri quid haud raro inesse solet, ansam dedisse videntur. Tantum enim abest, ut multorum animalium, quae Orientem inhabitant, accuratam et omnibus numeris absolutam descriptionem dederint physiologi, ut potius in suis relationibus, quae multum a se inuicem saepe discrepant, multa, quae scire philologum cum maxime intererat, v. c. *sonus vocis naturalis*, qui denominationis multorum animalium tam a sacris, quam profanis scriptoribus recensitorum causa atque fons est; *oeconomia* et *mores*, vel sicco pede transferint, vel ieiune fatis, altero alterius vestigiis insistente, pertractauerint. Ne nimis temere aliquid dixisse videar, nondum ad liquidum perductum fuit, quatenam sint tantopere celebratae Aegyptiorum Ibes, aspides, murum et locustarum orientis variae species *rel.* quomodo sit res pecuaria nomadum orientalium constituta; cur  
scilicet



scilicet Jacobus, quum Esauum fratrem amplissimo munere donare vellet, hanc, vt videtur, iustam et proficuum seruauerit proportionem \*), vt capris et ouibus ducenis, hircos et arietes vicens; vaccis et asinabus quadragenis, tauros et asinos denos, scilicet denis capris et ouibus vnum hircum et arietem, et quaternis vaccis et asinabus singulum taurum et asinum associaret.

Vtrum Auctor S. Epiphani, Eustathii Antiocheni et Pseudo-Hieronymi vestigiis insisterit, an vero alium deperditum auctorem imitando expresserit, haud facile dictu est. Quum enim nunc cum Epiphanio, nunc cum Eustathio, postremo cum Pseudo-Hieronymo concinat, S. Epiphanius autem in suo Physiologo, ad exemplum auctoris nostri, saepe ad quemdam

) ( 4

Phy-

\*) Genes. XXXII, 15. 16. Eadem ad denas capras singulos parandi hircos proportionem adhibuisse Varronem et alios, ipse libro II. de re rustica, cap. 3. in fine testatur.



Physiologum \*) prouocet, et Titulus libelli  
 Επιφανίου • εἰς τον Φυσιολογον rel. *Epiphaniij*  
*in Physiologum comm.* audiat, pronum erit  
 iudicare, quod eundem Physiologum, quem  
 S. Epiphanius transcriptum aut excerptum  
 mystico commentario instruxit, et Eustathius  
 et Pseudo-Hieronymus prae oculis habuerunt,  
 interpretatus sit. Hinc iusta quoque ratio  
 reddi poterit, cur Auctor noster varia ani-  
 malia descripserit, quae apud vnum alterum-  
 que e dictis scriptoribus frustra quaesueris;  
 qui quidem et alia pauca ab eo praetermissa  
 habent, quae vero lacunae codicis potius mu-  
 tilationi ortum suum debent, Sed ex vtrius-  
 que Physiologi graeci et syri inter se collatione  
 manifestum redditur, Physiologum Epiphaniij,  
 quisquis demum ille fuerit, ope auctoris no-  
 stri pristinae suae integritati haud parum resti-  
 tuti posse, si alia Physiologi graeci exemplaria,  
 quam

\*) Cap. XIII. de serpente; XVII. de formica;  
 XX. de noctua; XXIII. de Charadrio:

ὁ Φυσιολογος εἶπε, ἡλεξς.



quam quibus usus est editor *Consalus Ponce de Leon* \*), e tenebris eruantur indagenturque, quam sane curam antiquissimus de ani-

( 5 mali-

\*) Ipse in sua ad Physiologum praefatione viam admodum lubricam, quam in eo edendo tenuit, monstrauit, scribens: „In hoc nos tantum laborasse, vt Epiphanii quaecumque monumentum non interiret, caetera enim minus accurate tractanda esse iudicauimus. Quae etiam causa fuit, vt *integra in eo capita omitteremus*; cum videlicet tam misere essent deprauata, vt nullo modo intelligi ac tibi proponi possent. Scribit quidem interpres libelli de lapidibus, XXXIX animalium naturas ab Epiphanio explicatas, nobis tamen videre tantum licuit XXXVI, ex quibus *undecim omisimus* ob insanabiles deprauationes. Ex his vero, quae verti, *plurima etiam resercaui, nonnulla adiunxi*. Quod tamen *bona fide factum* asfirmare possum. Tribus enim exemplaribus adiutus sum, quorum praesidio usus id praestiti.“ Vel ex hac confessione Physiologum syrum multum super graecum eminere liquido adparet,



malibus S. S. scriptor, ad quem Origines \*) iam prouocauit, praeprimis commeruit. Interpretationem, quae magnam saepe difficultatem habuit, quod attinet, nihil praetermissi, quantum facere potui, quin, nisi genius linguae latinae obstaret, ad verbum fideliter exprimeretur. Atque vt tam fontes, vnde Auctor sua hauserit, eo facilius detegerentur, sicque

- \*) Homilia XVII. in Genesin XLIX. pag. 33. a. ed. Paris 1604. „Nam Physiologus de catulo leonis haec scribit, quod cum fuerit natus, tribus diebus et tribus noctibus dormiat, tum deinde patris gemitu vel magitu tanquam tremefactus cubilis locus, suscitetur catulum dormientem.“ Idem fere refert *Epiphanius* in *Physiol.* cap. 2. Cf. J. A. Fabricii *Biblioth. gr. l. V. c. 13. Vol. VII. p. 427. S. Ephraem Syrus* comm. in *Hiob* 39, 18. prouocat ad *صَلَّال (rectius صَلَّال)* *physiologos*. Quum auctoris nostri verba proferat, (vid. infra p. 18. et 154.) librarii, aut editoris lapsus pro *صَلَّال*, ni fallor, est dicendus.



ficque intelligeretur, nullam fabulam esse fo-  
lam, et versionis meae veritas confirmaretur,  
ipsas Veterum relationes, quae ad eas, quas  
habet, accedunt, curate exhibere, atque bre-  
ues quasdam tam ex historiae naturalis, quam  
philologiae orientalis fontibus pro virium mo-  
dulo haustas obseruationes subnectere nullus  
dubitavi, fretus humanitate Arbitrorum, qui  
nouas Auctorum opiniones, nec non halluci-  
nationes excusando, nihil culpaе fuscipere  
se putant.

*Rostochii* Kal. Decembr. MDCCXCIV.



CORRIGENDA.

---

- Pag. 5. lin. 13. **לעבד**  
— - l. 16. **עבד**  
— 11. l. 16. **עבד**  
— 12. l. 3. **עבד**  
— 16. l. 5. **עבד**  
— 18. l. 4. **עבד**  
— 35. l. 7. *pro e, scribe 2.*  
— 120. l. antep. *pro: notio — notatio*  
— 122. l. vlt. **עבד**  
— 123. l. 7. *excludit.*  
— 136. l. 16. **עבד**
-

---

## ELENCHVS. \*)

---

- Cap. I. de Hyaena.  
— II. de Castore.  
\* — III. de Ceruo Dama.  
\* — IV. de Vulpe.  
— V. de Viuerra Ichneumone.  
— VI. de Vipera.  
\* — VII. de Serpentibus.  
— VIII. de Salamandra folari.  
— IX. de Salamandra vulgari.

Cap.


\*) In S. Epiphanii Physiologo, capitibus XXV. occurrunt tredecim illae asterisco a me notatae animalium descriptiones, reliquis XIX omiffis, quarum tamen loco octo aliae, a Syro praetermissae scil. de Leone, Elephante, Ceruo, Pavone. Api, Rana, Pico et Pelargo, deprehenduntur.

A Pseudo-Hieronymo XIV. animantes solummodo descripti fuerunt: Pelecanus, Aquila, Phoenix, Anguis, Coluber, Serpens, Vipera, Formica, Vulpes, Panther, Testudo marina, Perdix, Vultur, Myrmicoleon.



- X. de Ericio.
- XI. de Mustela.
- XII. de Myrmileone.
- \* — XIII. de Formica.
- \* — XIV. de Aquila.
- \* — XV. de Charadrio.
- \* — XVI. de Phoenice.
- \* — XVII. de Falcone Miluo.
- XVIII. de Ardea Ibi.
- \* — XIX. de Vulture barbato.
- \* — XX. de Pelecano graculo.
- \* — XXI. de Strige Oto.
- XXII. de Vpupa Epope.
- \* — XXIII. de Merope apiastro.
- XXIV. de Coruo.
- \* — XXV. de Columba turture.
- XXVI. de Columba vulgari.
- XXVII. de Hirundine.
- XXVIII. de Sirenibus f. canibus aureis.
- XXIX. de Struthiocamelo.
- XXX. de Ceto.
- XXXI. de Hydro.
- XXXII. de Delphino.





CAP. I. ספר ראשון

בשם ה' אלהינו יתברך  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד

CAP. II. ספר שני

בשם ה' אלהינו יתברך  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד  
אשר לא יחדל לעולם ועד







חס מביא לכלא פנים ובענינים . וחס  
והוא מביא חס .

CAP. V. מלוא אבי עיפם

אם אבי עיפם ? מלוא אבי עיפם . ואם  
בעל אבי עיפם וחס מביא חס . ו  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס .

CAP. VI. מלוא אבי

מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס  
מביא חס . וחס מביא חס . וחס







הַיְהוֹדוּת לַעֲבוֹדַת הַיְהוָה . לְעֵינֵינוּ בְּיָמֵינוּ  
כְּעֵינֵינוּ .

*CAP. VIII.* מִלְּפָנֵי הַיְהוָה

מִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . אִתְּרֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה .  
אִתְּרֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה .  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה .  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה .

*CAP. IX.* מִלְּפָנֵי הַיְהוָה

מִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
מִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה .

*CAP. X.* מִלְּפָנֵי הַיְהוָה

מִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה . וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה .  
וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה וּמִלְּפָנֵי הַיְהוָה .



וְהָיָה כִּי יִשְׁמַע ה' אֶת-קוֹל יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

CAP. XI. פְּתִילֵי חֲבֻשָׁה

וְהָיָה כִּי יִשְׁמַע ה' אֶת-קוֹל יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

CAP. XII. פְּתִילֵי מַעֲבָדִים

וְהָיָה כִּי יִשְׁמַע ה' אֶת-קוֹל יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיָבֵן אֶת-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

CAP.



















































CAPVT I. DE LEU JADNO  
HYAENA.

*Lex Mosaica esum hyaenae et ei consimilis, interdicit, (Leuit. XI, 5. Deuter. XIV, 7.) Rerum naturalium inuestigator dicit, quod hyaemas et femina, nimirum modo mas, modo femina, et fera syluestris sit. Immunda est, quia sexum mutat.*

§. I.

Vetus haec est de vtraque hyaenae natura opinio, cui refellendae iam *Aristoteles* de hist. animal. libr. VI. c. 32. operam dedit, adferens, marem praeter anum simile pudendo feminino genitale, sed sine meatu habere. *Plinius* hist. nat. VIII. c. 30. relata tantum refert: „Hyaenis vtramque esse naturam, et alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere sine mare vulgus credit, *Aristoteles* negat &c.“



Contra vero *Ovidius* metamorph. XV. fab. 38. disertè asserit:

“*Alternare vices, et quae modo foemina  
tergo.*”

*Passa marem esi, nunc esse marem miremur  
hyaenam.*“

Idem tuentur *Aelianus* de animal. I. c. 25. *Eustathius* in Hexaemeron \*), et alii a Bocharto

\*) Tomo XXVII. Biblioth. max. PP. Lugd. 1677. p. 31. ex translatione Leo. Allatii „Hyaenam alternis annis marem, alternis feminam fieri, nonnulli crediderunt, quod falsum est. Nam animal hoc cum perditae et flagitiosae sit libidinis, praeter foramen, quod sub cauda est, tumorem pudendorum mulieris non dissimilem continet, in quo foramen non est, sed tantum cauum, quod nullum vulvae usum exhibere valet, sed duntaxat inanis libidinis receptaculum extuberat, propter igitur immensam muliebria patiendi appetentiam, mari et feminae singularis haec proprietas dicitur inesse; dum enim plena foramina in conceptu saluando occupantur,



charto in hieroz. T. I. p. 832 excitati scriptores, quos inter celebris hist. naturalis scriptor *Damiri* sub voco ضبع praeprimis laudari meretur: *ومن عجيب أمرها أنها كالأنثى تكون سنة ذكرا وسنة أنثى فتلد في حال الذكورة وتلد في حال الأنوثة* i. e. “Ex admirandis eius naturae est, quod instar leporis altero anno mas, altero femina sit, ita quidem ut in statu masculino generet, et in feminino pariat.”

## §. 2.

Cum auctore nostro concordat *Clemens Alexandrinus*, qui in *Paedagogo* libr. II. p. 139. ed. Lugd. 1616. haec protulit: *οὐκ ἐδεσται λεγων, τον λαγων, ουδε την υαιναν non comedes, inquit (Moses,) leporem, nec hyaenam*, addita ratione: *την δε υαιναν ἐναλλαξ ἀμειβων τον ἀρρεν εἰς το θυλυ παρ ετος εκασον hyaenam vicissim singulis annis*

B 4

ma-

inter se flagitiosissime contra naturam, mixturam faciunt.”



*masculinum sexum mutare in femininum.*  
*Clemens* enim hebraicum שָׂפָן *Schafan*, quod  
 in syriaca polygl. versione Leu. XI, 5. ܦܕܢܘ  
*Chegoscho cuniculus* audit, *hyaenam*, quae  
 syriace ܦܕܢܘ *Jadno* dicitur, nescio quibus per-  
 mōtus rationibus, interpretatus est. Mofes  
 enim edere vetuit bestias: Camelum, lepo-  
 rem, et *Schafan*, quod quidem ruminant,  
 ungulas autem bifidas non habeant. Quarum  
 quum camelus et lepus rapaces, vt hyaena non  
 sint, dubium vix est, quin *Schafan* \*) quo-  
 que ad feras mansuetiores pertineat.

## §. 3.

Quamuis quidem mihi dubium non sit,  
 quin Auctor שָׂפָן pro ܦܕܢܘ habuerit, et hyae-  
 nam cogitauerit, nihil tamen aliud inde effici-  
 tur, quam quod Syri hyaenam *Jadno* nomi-  
 nent. Vox autem ista graecae originis esse vi-  
 detur.

\*) Interpres graecus Venetus hanc vocem vertit  
 Εχίνος, qui Herodoto idem ac *Jarbuo*  
 s. *Schafan* esse videtur, de qua vide cl. *Am-  
 mon* comm. de vers. gr. Venet. vsu p. 59. sq.



detur. Nam *Fœvos* apud Hefychium, aut *Γλαυες* apud Aristotelem hist. an. VIII. 5. hyaenae quoque nomen est, cuius imaginem et descriptionem *Buffon* hist. nat. des Quadrupedes Tomo III. Tab. XLII. pag. 314. ed. Paris 1784. 4. et ed. German. cum notis Cl. *Otto* T. VI. p. 320. suppeditavit.

Esse autem *Schafan*, non cuniculum, qui in Oriente indigena non est, sed *يربوع* *Jarbu* f. murem Jaculum Linnaei, *Bochart* T. I. p. 1002. *Schultens* ad Prou. XXX, 26. et *Oedman* in miscellaneis Part. IV. c. V. p. 41. ed. Vpsal. 1789. 8. euictum dederunt. Eum ruminare, *Buffon* quidem et alii recentiores reticuerunt, tamen *Ibnolgiauzi* apud *Bochartum* l. c. pag. 1013. intempestiuam hanc taciturnitatem haud imitatus est, dum diserte

scribit : وهو ياجتر ويبعر وله كرش  
 واسنان  
 B 5

\*) Iconem eius vide apud *Buffon* III. tab. XLII. p. 314. VI. p. 2. et in ed. germ. T. XIV. p. 96. *Oedman* T. IV. in tab.



واسنان واضراس من الفك الالبي  
 ,,Ruminat etiam, et sterqus ex-  
 cer- nit, et ingluuiem habet (more ruminantium),  
*quamuis dentes, et maxillares illi (vt lepori  
 et cuniculo) sint tam in superiori quam in  
 inferiori maxilla.*“

In eo quoque *Jarbu* cum hyaena partici-  
 pat, quod teste ill. Förstero in commentariis  
 Acad. Sc. Suecan *Foramen amplum, sacca-  
 tum, prominulum, rugosum, contractile,  
 inter clunes situm, inter quod anus et geni-  
 talia* habeat. De lepore, viuerra *Zibetha* et  
*Ichneumone* idem narratur, quod meatus pu-  
 dendo muliebri non admodum dissimilis ip-  
 sis fit.

## §. 4.

*Hyaena* dicitur Arabicus ضبع *Tzabu*,  
 quod quoque nomen eius hebraicum \*) fuisse  
 vide-

\*) צבוע forte dictus fuit, quod pellis eius  
 striis subalbis et infuscis distincta sit. Nam  
 צבע *colorandi et tingendi* notionem habet,  
 et animalia vel a vocis sono, vel a colore



videtur, si translatione των O, et Aquilae stare possimus, quorum ille Jer. XII, 9. צבוע שפילאיון וואינון (versio Syro-hexapl. צבוע שפילאיון) speluncam hyaenarum (غايط الضبع)\*); hic I Sam. XIII, 18. צבועים פאראגא των וואינון speluncam hyaenarum transtulit. Sed Casiri Catal. Bibl. Escorial. T. I. pag. 320. b. vocabulum ضبع hyaenae competere negat, has afferens rationes. „Dabu, quam Golius in suo Lexico *Hyaenam* appellat, est animal ab Hyaena plane diuersum,

et forma externa, vel ab oeconomia et moribus nomina sua apud Veteres reperisse constat. Sic Arabes etiam hyaenae nomen probrosum تيس الجعار *Tais Aldsjiar* bircus cacator, ob multam, quam excernit merdam, itemque أم القبور *Omm elkubûr*, mater sepulcrorum, quod cadauera eruat, tribuerunt. cf. *Schultens* adp. ad *Erpenii* *Gramm.* Lugd. B. 1748. 4. pag. 442. et *Castellum* p. 3892.

\*) Ephraem Syrus lectionem Syri in polygl. צבוע שפילאיון *avis picta, pavo*, expressit.



sum, vt ex eius descriptione liquido apparet: *Lupum* enimvero magnitudine et forma refert, pedes et crura homini simile. Bestiarum generi innoxium, humana corpora sepulchris effodit ac deuorat; abiectum alioqui ac simplex. E cunabulis infantes, incautis matribus viuos rapere assuevit. Ita mihi superioribus annis in Syria, vbi frequens huiusmodi fera, degenti, incolae testes oculati, retulere. "Nihil ex hac relatione, me quidem iudice fuit, quam quod sub *Dabu* appellatione Thoës etiam comprehendant, et vtramque speciem interdum misceant, vt ex *Hariri Hamafa* apud *Schultens* l. c. pag. 442. vbi de hyaenis solum et lupis, nihil de thoibus dixit, elucere videtur: *تضحك الضبع لقتلي* *هديل وتري الذيب لها يستهن* i. e. *ri- dent hyaenae occisos Hudailos, acclamanti- bus lupis.*

## §. 5.

Dici autem haud potest, quanta cautione philologo opus sit, qui e veteribus translatio-  
nibus



nibus certam et indubitatam vocabulorum hebraicorum, rebus naturalibus in S. S. inditorum notionem extricari posse sibi persuadeat. Etenim

1) Multorum animalium Leuit. XI. et Deuter. XIV. et in aliis locis recensitorum nomina tam varie ab Interpretibus reddita fuerunt, vt facile appareat, eos meris saepius coniecturis indulgisse. Vt taceam magnam, quae apud LXX. in his locis obseruatur, confusionem, quam potius interpretum aut libreriorum oscitantiae, quam variae textus hebr. lectioni adscripseris.

2) Nomina obscura hebr. ab antiquis interpretibus, praesertim Chald. Syr. Sam. in suis versionibus transcripta, vel quod in Oriente ipsorum aetate adhuc peruulgata; vel ab iis ignorata fuerint, omni vsu fere excidunt, nisi accedat auctoritas recentiorum orientis populorum, apud quos vetus animalis appellatio adhuc in vsu est.



3) Interpretes etymologiam saepe in subsidium vocantes, et diuersi elementi animalium nomina confundentes, versiones vocabulorum hebr. dederunt, quae quo sint habendae loco, vel me tacente facile intelligitur. Sic 1 Sam. XIII, 18. hebraeum צבעים verterunt LXX. Σαβίμ; Aquila ὑαενων, sed Jer. XII, 9. idem vocabulum כוסין *praedones*; Theodotion δορκαδων, quasi צביים; Chaldaeus נפעינ *viperas*, quasi צפעים in textu adfuisset. Accedat itaque necesse est pertinax Bochartorum et Oedmannorum industria, et felix ingenium ad istas in historia nat. sacra dispellendas tenebras.

4) Quum multorum animalium a Mose in tabulas relatorum appellationes inter orientis populos hodie interierint, et veteribus etiam translatoribus incognitae fuerint, luculentissimum praebent canae librorum Mosaicorum antiquitatis indicium.



CAPVT II. DE <sup>sa. g. m. o</sup> CASTORE.

„De animali Castor dicto, quod est Gardo. Cuius animalis, quod Castor dicitur, castoreum admodum suaueolens et recreans est. Testiculos autem ad medicinam praeparant. Quod vero a venatoribus insecutum, cum videt se ab eis praeventum, testiculos euellit, et venatoribus proiicit. Quando vero iterum in manus aliorum venatorum incidit, proiicit se in femur suum, ubi castoreum est. Venator autem testiculis illud orbatum videns, ab eo discedit.“

## §. I.

Veterum de Castore, qui Linnaeo *Castor Fiber* audit, relata Auctor fideliter, nihil de suo addens retulit. Testimonio sint quaedam e veteribus excerpta loca. Juuenalis Sat. XII, 36.



— — — *imitatus Castora, qui se  
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere  
damno  
testiculorum, adeo medicatum intelligit  
inguen.*

*Plinius* l. VIII. cap. XXX, coll. libr. XXXIII.  
c. III. Postquam verba fecit de hyaena na-  
tos sibi mares castrante, sequentia de Fibro  
addidit:

„Easdem partes (testiculos) sibi ipsi Pon-  
tici amputant Fibri, periculo vrgente, ob hoc  
se peti gnari: Castoreum id vocant medici,  
alias animal horrendi morsus, arbores iuxta  
flumina vt ferro caedit. — Cauda piscium  
iis est, caetera species lutra.“ \*) *Eustathius*  
in hexaemeron l. c. pag. 32. col. 1.

„Casto-

\*) Color secundum climata variat. In Septen-  
trione sunt atrii, interdum albi aut variegati;  
in aliis regionibus castanei et flauidi coloris.  
*Buffon* T. III. p. 84. ed. Germ. Tom. V.  
p. 161. sq.



„Castoreum animal facillimis moribus et mansuetis quies delectat, mirus testium \*) eius in medicina vsus; persequentium venatorum, urgente periculo, eos amputat, currentesque a progressu arcet. Si alii hoc idem petant, testes ademptos ostendit, eorumque cursus moratur.“

## §. 2.

Animal hic descriptum esse *Castorem Fibrum* L. dubio caret. Sed non aequè exploratum est; vtrum *ḡardo*, chald. גררד *Garda*, syram aut graecam habeat originem. In Lexicis quidem *ḡardum castoreum* explicatur; sed Auctor ipsi amphibio hoc nomen tribuit, recte an fecus, nihil ad me. Est tamen aliquid, quod quum *Κασωρ* graecae sit originis, *ḡardo* quoque graecum *γερδος*, quod aequè  
ac

\*) Quoniam genitalia eorum interna sunt, Veteres duas magnas vesicas et mari et feminae communes, quibus Castoreum continetur, maris testiculos esse reputarunt.



ac Chaldaicum *Garda* textorem significat, repraesentet. Et profecto, si quod unquam animal, certe Castor propter artificialem habitaculi sui structuram nomine textoris imprimis nominari potuit, licet inficias non eam, quod nomen quoque Syriacum a *erāsit*, *scalpsit*, *texuit*, in eum quadret. Arabice dicitur *تُرَّاح* *Turâch* melancholicus, solitarius. Cf. *Casiri* Bibl. Ar. Escor. T. I. p. 319. a.

## §. 3.

Quodnam autem animal in sacris litteris occurrens pro Castore habuerit Auctor, demonstrare per arduum est. Quantum coniectura iudicare possum, duo menti obuersantur animalia *אֲנָקָה* et *תַּחַשׁ*, quorum unum Auctor cogitasse videtur; 1) *אֲנָקָה*, Syr. *ܐܢܩܗ* Leu. XI, 30. *David de Pomis* in Dictionario hebr. lat et ital. Venetiis 1587 fol. 5. col. 3. ad hanc dictionem obseruat: „significa etiam „dio qual animale quadrupede chiamato il ric- „cio, e secundo alcuni é il *castoreo*, nomato „da



„da Rabi Salomone בברא *Bibra.*“ Sumfit hoc, ni fallor, e Lexico hebr. Dau. Kimchi, qui haec habet: ופירשו רבינו שלמה בברא כלעז *sed explicat illud R. Salomo in lingua ethnica per Bievre.* (In meo M. S. Raschiano antiquissimo, et in editis libris extat הריצון *Herisson* ericius.) e תתש *Tachasch* Exod. XXV, 5. sq. XXXVI, 19. Num. IV, 6. sq. Ezech. XXVI, 10. quem Thalmudici tract. Schabbath fol. 28. b. lin. 14. sq. *Mono-*  
*don Monoceros* L. alii v. c. Copti *hoith*  
*Taxum* f. vrsum Meles L. alii *Delphinum*  
*Delphis*; alii *Trichechum Manatum*; alii  
*canem aureum* L. et Interpres graecus Venet.  
*παρδαλι* fuisse contenderunt; *Bochartus*  
autem T. I. p. 985. et *Oedmannus* P. III. c. 2.  
colorem subcaeruleum, veterum interpretum  
assensu subnixa intellexerunt.



## CAPVT III. DE CERUO DAMA.

„De animali, *Rupes*, dicto, et simili hirco montano, dicit naturae ruminator, quod sit adeo velox, ut venator ad illud accedere nequeat. Habet autem in capite suo cornua longa serrae similia, quibus magnas arbores defecare, et in terram deicere potest. Siti laborans bibendi causa Euphratem fluvium petit. Sunt autem ibi fruticeta arctis ramis, quibus quum cornibus suis inter arbusta ludit, ea implicat, et illaqueatur. Cum expedire se nequeat, clamorem edit: quo audito venator expertus aduenit, et venabulo feram transuerberat.“

## §. I.

Primus, qui haec narravit, est, quantum equidem sciam, *S. Epiphanius* in *Physiologo*  
cap.



cap. III. Tomo II. pag. 192. Opp. Colon. 1682. „*Vrus* (*ὁ οὐρος*) animal est omnium maximum, similis est boui, duoque habet cornua in modum ferrae, estque prae omnibus animalibus terribile aspectu; itaque proceras arbores quatiens, illas dissecat, ramosque praescindit, nec est vllum animal illo fortius. Pascitur non longe ab Oceano, continuo vero vt bibit, veluti ebrius ludit, cornibusque tanquam bos terram petit. Est autem illic arbor dicta Tanus (*τανυς*) viti similis et alba ramis, quos cum vrus capite concutit, cornu vincitur. Accedit itaque venator, et cornu alligatum deprehendit, illumque opprimit.“ *Eustathius* in hex. p. 36. haec refert: „*Antholops* (*Ἀνθολοψ*) bellua est vehementissima, venatu difficilis, oblongis cornibus ferrarum instar, quibus altas ingentesque circumsecat arbores, sitiens Euphratem fluvium petit, vndeque potu hausto inter ericulas, quae circa fluminis ripas virescunt, ludit iisque al-



ligatur. Etenim cum sint tenuibus et lentis furculis inter se cornibus illius implicantur, illa gemens clamorem edit, quod cum venatores persenserint, illico eam comprehensam interrimunt.“

Quae *Damiri* de animali, quod **ياحمور** *Jachmur* appellat, praedicavit, cum modo laudatis fere in omnibus conspirant: **الياحمور**  
 بابة وحشبية نافرة له قرنان طويلان  
 كانها منشارين ينشر بهما الشجر  
 وهو اذا عطش وورن الغرات يبجد  
 الشجرة ملتفة فينشرها بها وقيل انه  
 الياحمور نفسه وقرونه كقرون الابل  
 وهو يلغىها في كل سنة وهي صامتة  
 لا تنجى في فيها ولونه الي الاحمر  
 i. e. *Jachmur* est animal ferum fugax, quod habet cornua longa quasi ferrata, quibus arbores defecat. Quum sitiens ad Euphratem descendit et arbores inuenit perplexas, iis ea defecat. Eum ipsum *Jamurum* esse fertur. Cornua eius instar cerui cornuum, quae quotannis amittit, solida sunt, nec caui-



tas in illis est. Color autem eius ad rubrum accedit. Velocior est ceruo.“ Idem fere narrat Alcazwin apud Bochartum I. p. 912. de *يامور Jamur* s. boue syluestri, et Epiphanius in Physiologo cap. XXXI. de *Uro*, quem Veteres inter ceruorum species referebant. Cf. Aldrouandi hist. Quadrup. L. I. cap. V. tab. V. p. 151. a. ed. Frft. 1647. Fol.

## §. 2.

Quum omnes veteres interpretes Chald. Syr. et Arabici nomen hebraicum retinuerint, nec vllus peregrinatorum animalis hoc nomine praediti mentionem iniecerit, et quod attentionem quoque meretur, LXX, vt videtur, illud vel ex oscitantia, vel ignorantia, non modo Deut. XIV, 5. sed et I Reg. IV, 23. praetermiserint, nihil aliud, quantum equidem iudico, ex eo conici potest, quam quod Jachmuris nomen ipsorum aetate prorsus obsoleuerit. Quid itaque mirum, si sequioris aevi interpretes modo *buba-*



*lum* \*), vt Vulgata; modo *עַז גְּדוּל* *capram magnam*, vt Kimchi in Lexico; modo *αἴξ ἀγρία* *capram syluestrem*, vt versio graeca Veneta, aut antholopum quamdam speciem, vt auctor noster, excogitauerint. Vtrum autem nomen ab auctore adhibitum *עַז*; syriacae, an exoticae originis sit pronuntiandum, dubius haereo. Si syriaca vox est; a *עַז*; *saltauit*, commode deriuatur, et *saltatorem* innuit, quo titulo ceruini generis animal iure optimo salutari potest. Si vero ad exoticas voces ablegetur, vel *Rupes* (quasi Rupicapra), vel *Rufus* a colore, erunt intelligendae.

## §. 4.

In tantis tenebris *Oedmannus* V. C. Parte I. c. III. lumen apposuit, *Jachinurum ceruum* *Da-*

\*) *Bubalum delineatum* et descriptum dedit *Buffon* T. IV. p. 279. et in ed. Germ. T. XI. p. 1. sq. *Edwards* hist. of Birds T. IV. tab. 199.



*Damam* L. esse, multis et grauibus argumētis docens, quae inter magni ponderis apud me sunt:

1) Antholopum s. Gazellarum cornua sunt teretia, annulata et concaua, contra verò Damae cornua sunt densa et plana, ferrae non admodum absimilia. (Damae effigies accurata videre est in H. F. v. Flemming vollkommenen Teutschen Jäger. Leipzig 1715. tab. ad p. 95. coll. Buffon T. II. p. 115. tab. XXXI. et ed. Germ. T. III. p. 110. tab. XLVI. Coloris est albi, nigri, rufi et variegati.)

2) Antholopes cornua nunquam; Damae quotannis deponunt.

3) Damae in Palaestina habitant, et caro eorum iucundi saporis est.

Ne vero ipse nihil dixisse videar, addo:

4) Scriptor facer capreas gazellas צבי Ar. *ظبي* et غزال *gazâl*, quarum imaginem et descriptionem vide apud Buffon T. V. p. 129. et ed. Germ. T. XI. p. 160. a Jachmur distinxit. Idem a Damirio obseruatum deprehendo, qui



sub voce *ظبي* omnes sibi notas Antholopum species recensiturus, *Jachmurum* iis non accensuit, sed ad ceruinum genus retulit.

5) Antholopis cornua non ita sunt comparata, vt arbutis facile implicentur, vtpote ramis destituta,

6) Auctor noster *משו*; *Rufes* ad similitudinem capri montani accedere recte asserit. Qua namque similitudine ducti nostri venatores, *Ceruum Damam* quoque Dan-caprum (*Thann-Bock*) nominarunt. Nec hebraeorum *חַי אַיִל*, *hircus*, et *חַי אֵיִל*, *ceruus*, hanc foni et stirpis affinitatem auersantur.

7) *Casiri* l. c. pag. 319. a. praeunte Ben Alderaihem, *שׁוֹמֵר* *Jachmur Damam* interpretatus est.

#### CAPVT IV. DE *חַי אַיִל* THALO VULPE.

*Naturae inuestigator de vulpe dicit, quod sit animal astutum. Quum enim esurit, nec praeda ad vescendum*



dum adest, quaerit locum aliquantum purgatum vel acerosum, in dorsum se proiciens et sursum circumspiciens, seque conuoluens et grauiter gemens. Volucres eum morti vicinum reputantes, ei insident, quo eum deuorent. Atque sic surgens eas prehendit.

## §. I.

Vulpis astutiam, quam multis exemplis Buffon et Otto in ed. germ. T. IV. p. 98. sq. Pontoppidan hist. nat. Norvagiae T. II. c. I. §. 10. 16. Aelianus VI. c. 23. 29. Bochart I. p. 860. illustrarunt, Auctor nouo exemplo comprobatum iuit. Eius relationi adstipulantur: *S. Epiphanius* l. c. cap. XIX. „Vulpes versutum est animal. Cum enim esurit, et cibo caret, aprica loca adit, et humi strata animunq; continens, ac simulans se mortuam supina iacet, oculis et pedibus sursum erectis. Aues itaque delabuntur, vt ipsa vescantur;



tur; illa vero arripit eas subito, ac pro libito deuorat. *Eustathius* l. c. pag. 32. a. „Fal-  
 lax et improba vulpes, quae tali machinatione  
 aues venatur. In lutum sordesque, quae oc-  
 currerint, immergitur, aspergitur inde minu-  
 tissimo puluere aut paleis, soloque se proster-  
 nit patentibus oculis, vel spiritu in se contracto,  
 vt volucres eam tumefactam mortuam esse du-  
 cant, dum ad eam conuolarint, statim cor-  
 reptas deuorat.“ *Pseudo-Hieronymus* ep.  
 ep. ad Praesidium Opp. Tomo XI, p. 219, ed.  
 Vallarsi. Venet. 1772. 4. concinnior est:  
 „Vulpes si diu esurit, volutat se in puluere, et  
 fingit se mortuam. Ergo volatilia veniunt,  
 et dum volunt eam comedere, comeduntur.“

## §. 2.

Quod auctor noster *Vulpem Canem* L. qui  
 Hebraeis חַוָּשׁ *Schual* dicitur (quam vocem  
 Syri semper ܘܠܐ *Thalo* verterunt,) indigi-  
 tauerit, ambiguum non est, cum de de-



cantata eius astutia verba fecerit \*). Est tamen et aliud in Palaestina inter lupum, hyaenam et vulpem intermedium et frequentissimum animal, Linnaeo *canis aureus* a fulvo colore nuncupatum, quod Syri  $\text{ܝܘܪܘܪܘ}$  *yoruro* (f. pro  $\text{ܝܘܪܘܠܘܠܘ}$  *yolulo*, vlulans), et Arabes  $\text{ابن اوي}$  *Ebn* (filius) *Wa*, f. *Wawi* a sono naturali, Persaequae et Turcae  $\text{شغال}$  *Schaghal* dicunt; Hebraei vero non modo sub vniuersali nomine  $\text{שועל}$  *Schual* \*\*) comprehendunt,

\*) Dictione Syra  $\text{ܣܡܘܬܘܪܘ}$  *Smotôro*, praedo, quam Lexicographi *vulpem* pronunciant, eius forte synonymon significatiuum est. Vulpem descripsit Buffon T. II. p. 218. VIII. p. 218.

\*\*) Vulpes Simsonis, quas thoes fuisse recentiorum philologorum opinio est, Ephraim Syrus in Gen. L. Opp. T. I. p. 110. ad exemplum omnium veterum interpretum,  $\text{שועל}$  interpretatus est, et pro veris vulpibus, quibus Palaestina abundat, habuit. Nec filenda est cl. Oedmanni ingeniosa coniectura, quam de dictionibus  $\text{שועלים}$  et  $\text{קטנים}$  *vulpes*



dunt, sed etiam per *תן* *Than*, nec non interdum per *בת יענה* *Bath yanah* (Micha I, 8. Thren. IV, 3.) et *אויים* *Jyim*, Arab. *أوي* (Jesai XIII, 22.) exprimunt, vt infra cap. XXIIIX, 2. exemplis adductis probabitur. Egre-  
gie, vt solet, de *Schagal* differuit Cl. *Oed-  
man* P. II. c. 2. et eius effigiem aere expressit. Animal descripsit Buffon T. VI. p. 75. tab. XX. VIII. p. 221. coll. John Bell's travels to diverse parts of Asia. Glasgow 1763. 4. Vol. I. p. 53. qui haec de iis vera scribit: „*They are of size larger than a fox, of the schape and colour of a wolf, with a short bushy tail. They dig burrows in the earth, in which they lye all day, and came out in the night, to range for prey. They assemble in flocks among*  
*the*

*vulpes minores* in libro Canticor. II, 15. occurrentibus fecit, quod cum Thoesiatici corporis magnitudine Vulpes superent, nomen *Schualim* thoibns, et *Schualim Ketanim*, vulpibus competat. Sed sumto vocabulo *Schual* pro generico, quoad eius fieri potest, evanescent difficultates.



*the woods, and frequently near towns and villages, when they make the hideous noise, resembling in some measure a human voice, or the noise of the Tartars and Cossacks, when they attack their Enemies. They are in great plenty all, over Persia, and esteemed harmless creatures.*

CAPVT V. DE اِيْخْنِيْمُوْن  
ICHNEVMONE.

*Est animal Angleimon dictum, quod est اِيْخْنِيْمُوْن Nemso, serpentibus inimicissimum. Quodsi, ut refert naturae speculator, serpentem valde malignum offendat, luto se linit, et ab eius morsu nasum suum custodit.*

§. I.

*Angleimon aut Anglimon vox ipsa Ichneumon corrupte scripta, est, ut ex collatione veterum relationis, quae cum ea, quam Auctor profert, ex asse conspirat, perspicuum fit.*



fit. Nam *Aelianus* hist. anim. X, cap. 47. ζῷοις ἀσπίδι καὶ Κροκοδείλω ἐχθίστην ὁ ἰχνευμον *aspidi et Crocodilo infestissimum* vocat Ichneumonem, praeunte *Aristotele* hist. anim. VI. c. 35. IX. 6. *Plinius* VIII. c. 24. haec tradit: Deinde (Crocodilo) internecinum bellum cum Ichneumone. Notum et hoc animal hac gloria maxime, in eadem natum Aegypto. Mergit se limo saepius, siccatque sole. Mox ubi se pluribus eodem modo coriis loricavit, in dimicationem pergat. In ea caudam attollens, ictus irritos *aversus* excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces. Nec hoc contentus aliud haud mitius debellat animal.“ Idem repetit *Eustathius* l. c. pag. 32. a. Conferri merentur, quae *Buffon* T. VI. pag. 34. sq. *Bellonius* in *Observationibus Antverprae* 1589. 8. p. 223. et *Busthamantinus* de animalibus S. S. Compluti 1594. 4. l. III. cap. 14. p. 276. de Ichneumone \*) fuse disputarunt.

§. 2.

\*) Indicum ichneumonem ad viuum expressit. *Edwards* T. IV. tab. 199.



§. 2.

Nescio, quodnam animal in S. S. memoratum Auctor aut eius antesignanus, vtrum vnum ex iis Leuit. XI, 29. 30. allatis, an aliud quoddam, pro Ichneumone venditare voluerit. Quum in Aegypto habitet, et cicur facile reddatur, et ab Arabibus teste *Forskali* descr. anim. p. 1. n. 6. et *Hasselquist* classe I. n. IV. pag. 271. ed. germ. نيس *Nems* dicatur; نيس *Nems* autem et نيسو *Nemso* Syrorum, mustelae quoque notionem habeat \*), et LXX, Vulg. et Syrus hebraicum חלר *Choled* mustelam (γαλην) reddiderint, vero propius est, auctorem חלר *Choled* vierram Ichneumoneim, reputasse.

CAP.

\*) Cf. *Casiri* T. I. p. 319. qui dictiones arabicas

السقنقور نيسو بري نيس, نيسو  
interpretatus est: *scincus* (s. *crocodilus* terrestris), *Martes* vel *Ichneumon*, *Salamandra*.

D.



CAPVT VI. DE חֶדְדָּן OCHEDNO  
VIPERA.

*Johannes eleganter dicit Phari-  
saeis (Matth. III, 7.) foetus vipera-  
rum! Quis vobis indicauit, vt effu-  
giatis aduenientem iram? Naturae  
scrutator dicit: marem habere fa-  
ciem masculinam et feminam femini-  
nam, et vsque ad umbilicum simili-  
tudinem hominis referre. Cauda  
eorum similis est caudae crocodili  
Nili s. Gihon (ܡܝܢܘܢ\*\*). Vulvam  
autem et anum feminae in sinu non  
ha-*

\*) Nilum Gihon (Gen. II, 13.) dici, *Jose-  
phus* Ant. I. 1. 3. a LXX. interpretibus,  
qui Jer. II, 18. hebraicum שִׁיחֹר Schichor  
i. e. Nilus, Γηων verterunt, in errorem rap-  
tus statuit. In hexaplis Syr. et in Verf. Syr.  
et Ar. Polygl. ܡܝܢܘܢ quoque adest, addita  
nota חֶדְדָּן שִׁיחֹר οἱ λοιποὶ Schichor. Cf.  
J. D. Michaelis suppl. lex. p. 294. sq.



habent, nisi instar foraminis acus. Quando itaque mas cum femina coire vult, semen suum in os feminae proiicit, quo absorpto maris verenda demordet, atque is statim moritur. Postquam catuli eius in utero eius creuerint, matris suae ventrem deuorantes, et parricidae et matricidae fiunt.

## §. I.

Veteres de viperae coitu fabulis suis Auctorem nostrum praeiuerunt. *Plinius* X. 62.

„Viperae mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.“ — *Aelianus* de animal I. 24. In ipso partu foetum matris ventrem lacerare, et patrem a matre necatum in hunc modum vlcisci asserit. *Eustathius* p. 32. b. „Aiunt viperam per os maris semen excipere, membroque exciso, illum occidere, quae ubi conceperit, a filiis interimitur, namque exclusi in utero, abrosa



vulua, effractoque ventre, per disrupta latera erumpunt.“ Idem narrat, sed paullo verbosius *Pseudo-Hieronymus* l. c. pag. 218. „Viperæ per os coitum faciunt, masculi mortem contemnunt, sed femina in Ipso coitu, siue magna dulcedine exagitata, siue futuri præscia periculi, dum absorbet semen, caput masculi abscindit, et sic eam occidit. Sed cum conceperit, viscera illius ab ipsis quos concepit, comeduntur, et sic matrem occidunt.“ Aliâ veterum exempla adducit Bochartus II. p. 363.

Agmen claudat Aldamiri : ومن الافعي ما يتناسفد بافواهاها فاذا وطى الذكر الانثى وقع مغشيا عليه فتعبد الانثى الي موضع مذاكيرة فتقطعها نهشاً  
 „Sunt e viperis, quae  
 قبيوت من ساعتہ

ore coeunt. Et, postquam mas feminam iniit, deliquium patitur; tum vero femina, genitalium locum scrutata, ex morfu abscindit, atque is illico moritur.“ Sed fabulas esse istas de coitu narrationes, Continuator operum Buffonii *De la Cepede* Tom. II. H.



Nat. des Serpens pag. 35. sq. clare demon-  
stravit.

## §. 2.

Vnde auctor noster sua de viperae cum  
homine similitudine deriuauerit, nunc quidem  
non succurrit. Fortassis hebraeum אָפֵי,  
aut arabicum اَفِي *Efeh*, tanquam nomen  
ex אָפֵי *Af* facies, et אִישׁ *isch* homo, com-  
positum considerauit. Caeterum *Cepede* l. c.  
p. 84. de *Colubro Haia* L. quem Lusitani  
*Cobra capella*, et Germani *Brillenschlange*  
appellant, famam talia de similitudine cum  
hominis facie vulgasse refert: 'La forme sin-  
guliere du Reptile attire l'attention: on a  
même cru voir sur la tête une ressemblance  
grosiere avec les traits de l'homme.

## §. 3.

Interpretes Arabes Noui Test. polygl.  
Erpen. et Londin. *Exidra* اَلْعَفِي, quod he-  
braeum אָפֵי est, vertentes, ni fallor, vi-  
peram supra allatam in mente habuerunt.



Syrus quidem interpres נפעה Jef. XXX, 6. (LXX. ασπίς *Vulg.* vipera), et Job. XX, 16. (LXX. ὄφις, *Vulg.* vipera) אשפית *aspidem*, et Jef. LIX, 5. (LXX. βασιλισκος, *Vulg.* regulus) אשפית *regulum* reddidit, sed quum e graeco verterit, eius auctoritas nihil ponderis habet in definienda aut labefactanda vera נפעה et אשפית significatione, quae tamen, vt recte obseruat *Oedman* l. c. P. IV. c. 8. a naturae scrutatoribus nondum ita in luce posita est, vt terribilem istam colubrorum speciem ab aliis serpentum specibus rite discernere possimus. LXX. diuersas colubrorum species, quae propriis in S. S. nominibus distinguuntur, v. c. אשפית Es. XIV, 29. אשפית XI, 8. אשפית XXX, 6. ασπίς; promiscue interpretati sunt, subsidium certum naturae curiosis prorsus denegantes.



CAPVT VII. DE ~~LEO~~ CHEWIO  
SERPENTE.

§. I.

I. *Proprietas prima.* Rerum naturae inquisitor de serpente asserit, quod quatuor proprietates ei sint. Prima proprietas ea est, quod cum senescit, oculisque laborat, atque innouari cupit, sui curam habet, XL. dies ieiunando, donec cutis eius se relaxauerit: tum quaerit petram aut fissuram angustam, per quam corpus suum vi cogit, et abiecta senectute, iterum nouus fit.

S. Epiphanius in Physiologo cap. XIII. „Cum senio grauatur, caligant illi oculi; et cum iterum iuuenescere parat, XL. diebus cibo abstinet, et tandem emollita cute, quaerit petram, per cuius foramen magno nisu contendens, pronusque transire nititur, cutemque  
D 4 exuit,



exuit, qua deposita gaudet, atque iterum iuuenescit.“ *Eustathius* l. c. pag. 33. b.

„Serpens obcoecatur, aetate ingrauescente, qui XL dies ieiuniis corpore laxato, saxi rimam intrat angustam, vique se contrahens pellem senectamque exuit et renouatur.“

*Pseudo-Hieronymus* l. c. pag. 218. „Anguis quando senuerit, perdit aspectum, et si voluerit redire ad iuventutem, ieiunat XL diebus, vt laxetur pellis eius; et sic angustum foramen inquirit, vt dum nititur exire inde, pellem senectutis dimittat.“ Cf. *Aelianus* IX, 16. *Plinius* VIII, 25. Quomodo haec senectutis mutatio sit intelligenda, *Cepede* l. c. T. II. p. 36. ita explicat. „C'est même dans les serpens, que les Anciens ont principalement observé le depouillement annuel, comme leur imagination riante et féconde se plaisoit, a tout embellir, ils on regardé cette operation comme une sorte de rejeunissement, comme le signe d'une nouvelle existence, comme un depouillement de la vieillesse.“ Coll. ib. pag. 169, sq.



§. 2.

II. *Proprietas secunda.* Quando serpens aquam e scaturigine bibere vult, venenum suum secum non adducit, sed in latibulo demittit.

S. Epiphanius l. c. cap. XVI. „Cum serpens ad fontem, vt bibat, pergat, virus non defert, sed in antro illud dimittit, sicque purus accedit, ne ex illis aquis bibentes veneno inficiat.“ Eustathius l. c. Dum sitit, prius veneno deposito, fontanis aquis sitim depellit. Pseudo-Hieronymus l. c. „Coluber ad bibendum veniens, in aqua venenum deponit, ne cum venenum aqua concretum occidat.“

§. 2.

III. *Proprietas tertia.* Quando hominem nudum videt, vultum prae timore auertit. Si vero eum vestitum videt, ad eum affilit.

Epiphanius quidem in physiol. cap. XIV. „Cum serpens vestitum hominem conspicit,



*pauet, ipsumque fugit: quod si nudum videt, illum petit,*“ contrarium narrat; sed quum Eustathius et Pseudo-Hieron. qui eius vestigiis presse semper inhaerere solent, cum auctore Syro coincidunt, librarii cuiusdam, aut primi editoris correctio forte est dicenda. Nimirum *Eustathius* l. c. scribit: „Si nudum adspexerit hominem, non adit; sed si vestitus fuerit, aggreditur.“ *Pseudo-Hieron.* l. c. „Nudum hominem timet, vestitum profequitur.“ *Damiri* in eadem sententia est: *ومن عجب أمره أنما تهرب من الرجل العريان* *Emirabilibus naturae eius est, quod fugit ab homine nudo.* Quo pertinet quodammodo Turcicum prouerbum: *در جبلاقی بیکی جبهه لو صویبتر* *unum nudum mille loricati non spoliant.*

## §. 4.

IV. *Proprietas quarta. Si quis contra eum assurgit, eumque occidere vult,*



vult, totum corpus morti tradit,  
caput autem vnice custodit.

S. Chrysoftomus in Psalm. CXIV. ὁ ὄφεις  
το λοιπὸν σώμα προίεται, ὡς τὴν κεφαλὴν  
διασωσαί. *Serpens reliquum corpus expo-*  
*nit, vt caput conseruet.* S. Epiphanius l. c.  
c. XV. „Si quando serpens ab homine peti-  
tur, totum corpus concedit, solum caput  
custodit.“ *Pseudo-Hieronymus* l. c. „caput  
tamen suum celat, quando percutitur, vbi scit  
esse mortem suam.“ Idem de Struthiocamelo  
referunt veteres et recentiores, quod ad inci-  
tas redactus caput suum abscondat. Vid. Bo-  
chart II. p. 259. sq. coll. I. p. 24.

§. 5.

Nomen generale pro serpentibus Ebraeis est  
נחש *Nagasch* et Syris ܢܘܨܢܐ *Charmona*,  
nec non ܢܘܨܐ *Chevjo*, quod aequae ac hebraic.  
חיה et Ar. حية *Chaiiah* proprie quoduis  
*animal* denotat, per antonomasiam autem ad  
serpentes transfertur \*).

S. S.

\*) Cf. Abulf. T. II. p. 70. lin. 10.



S. S. recensentur: אפעה *Ephēh* forte coluber vipera L. עכשורב *Achschub*, f. coluber Aspis Bocharti T. II. p. 379. collato Psalmo CXL, 4. cum Ep. ad Rom. III, 13. פתן *Pethen* f. Coluber בתן *Baetaen* Forskalii, (Descr. p. 15.) videtur vagi nominis esse, atque etiam appellari in S. S. צפע *Tzéfa* et צפעוני *Tzifoni*, f. coluber Lebetinus L. Graecis κουφη *surdus* dictus, teste Forskalio l. c. p. 13. sq. quod secundum Jerem. VIII, 17. \*) incantationem illudat. (Surditatem quoque טו פתן tribuunt sacrae litterae Ps. LVIII, 5. sed confer *Oedmannum* V. C. Part. V. c. 10. cui *Pethen* coluber Lebetinus L. est.) שפיפון *Schefifon*, f. Coluber Ceraastes L. Gen. XLIX, 17. חורמן *Churman* ab Onkeloso שפיפון et a Syro מן סבן *Charmond* effertur, de quo Jac.

\*) Aquila in vers. Syro-hexapl. habet צפפון *Charmane Speculantes* (צופים). Sed in vers. LXX. syr. hex. serpentes ספפון *mortiferi* occurrunt.







pentum centum \*) nomina dari in lingua Arabica, auctor est *Ibn Chalviah* (ذکر بن) (خلویه لها صایة اسم) secundum Damiri apud *Affemani* V. C. T. II. Codd. MSS. Bibl. Nanianae, Patau. 1792. p. 415. l. 5. a fine.

CAPVT VIII. DE ~~السلمندر~~ SVRO SCHEMSCHITO, SALAMANDRA SOLARI.

*Ea, quae rubra deaurata est, vocatur Salamandra solaris, ut ait, qui res naturales describit. Quum senescat, laborat oculis, qui coecantur, ut solis lumen videre nequeat. Quid itaque facit bona eius natura?*

*Quae-*

\*) Pocock in Specimine hist. Arab. p. 153. serpentis ducenta, et leonis quingenta nomina, ab isto doctissimo grammatico, quem *Ebn Chalawaih* pronunciat, in peculiaribus libellis enumerata et explicata fuisse, praeeunte Dsjelaloddino commemorat.



*Quaerit album domus parietem orientalem, tunc solis ortu oculi eius aperiuntur, et reconualescit.*

§. 1.

*Eustathius* l. c. pag. 23. a. „Lacertus, exacta aetate, coecus efficitur, in rimam muri, ad ortus solis vergentem, accurate ingreditur, et dum sol oritur, oculos aperit, lumenque illud, radiosque excipiens, illustratus redit ad sanitatem.“ Sed *Epiphanius* in *Sampsacis* idem fere referens, animal eodem ac Auctor noster nomine graeco, qui Syriaco respondet, nimirum *σαυρα ηλιακη lacerta solaris* appellat.

§. 2.

*Salamandra quidem solaris* ea esse videri posset, *Linnaeo lacerta aurata* dicta, quae viua colore auri pulcherrime nitet, et Arabibus, testante *Abugiani Thaugidaeo* apud *Bochartum* I. p. 29. *السورس الشمس solaris* audit, „qui, cum oculi delibitari incipiunt, septem  
„diebus



„diebus continuis eos per horae spatium ad  
 „solem obuertit, atque ea ratione visum illius  
 „acui et intendi;“ quum autem Arabes idem  
 de *ضب* *Dhab* narrent, *quod e latibulo suo*  
*exeat hebetiore visu: sed, pupilla ad solem*  
*absterfa, clarius videat* \*) (*الضب يخرج*  
*من حجرة كليل البصر فيتجاهوه*  
*et Hasselquist Cl.*  
*III. n. LIX, lacertam Niloticam, corpus to-*  
*tum superius lucido fuscum tuberculis nitidis*  
*albicantibus habere testetur, praestat eam,*  
*utpote Aegyptus indigenam, Salamandram*  
*nostram solarem affirmare, quam lacertam*  
*auratam L. quae non in Aegypto, sed in*  
*Cypro, et in Iersea Angliae reperitur, ad par-*  
*tes nostras trahere.*

§. 3.

Quibus praelibatis non ambiguum amplius  
 esse videtur, Hebraeorum *צב* *Tzab*, Chal-  
 daeorum *צבא* *Tzaba*, *Leu. XI, 29. solarem*  
 esse

\*) Bochart l. c. I. p. 1048.



esse Salamandram, comprobante ipsa Arabica istius reptilis denominatione, quae adhuc obtinet, vt in Forskalii descriptione p. 35. videre est, vbi Aegyptis *Dabb* (ضب) dici affirmat, vt quoque in versionibus Arabicis Polygl. Erpenii, et Samaritana expressum extat. Jonathan, Syrae et Samaritanae versiones צב, חרדון *Chardono*, et Arabica Romae 1752. edita تمساح *Temsah*, Vulgata *Crocodilum* et LXX. κροκοδιλος χερσαιος i. e. *Crocodilum terrestrem* reddiderunt. Qui cum ab Arabibus tam ضب *Dabb*, quam حرنون *Cherdaun* appellatur, et ex ouis crocodili in terram depositis excludi dicitur, vt fabulam narrat Hasselquist l. c. coll. Bocharto I. p. 1055. sq. nouum et haud leue pro צב, quod fit *lacerta Nilotica* L. praebet argumentum. Recte autem se habet, quod Abdollatif l. c. p. 42. de lacertarum Waril, Temsah, Cherdaun, Iskankur et Someiket Saida speciebus scribit:

والورل وتمساح والحرنون والاستغفور  
 وسبيكة صيدا لها كلها شكل واحد  
 وانها



وأنما تختلف بالصغر والكبر  
 eadem sint, nec nisi magnitudine et paruitate  
 differant. Mirum itaque non est, eorum  
 nomina a scriptoribus saepius confundi.

CAPVT IX. DE سَلْمَنْدَرَة SALA-  
 MANDRA VULGARI.

*Naturae investigator de Sala-  
 mandra dicit, quod quando intraue-  
 rit ardentem fornacem aut balnea-  
 rium, tota fornax extinguatur.*

§. I.

De Salamandra quorundam testimonia satis  
 sint: *Plinius* X. 67. Huic (Salamandrae)  
 tantus rigor, vt ignem tactum extinguat non  
 alio modo ac glacies. *Eustathius* l. c. pag.  
 23. a. „Lacertus, quem dicimus Salaman-  
 dram, siue in fornacem, siue in balneum in-  
 gressus fuerit, ignem tactum non alio modo,  
 quam glacies, extinguit.“ *Aristoteles* hist.  
 animal. l. V. c. XIX. coll. *Aelian* II. 31.



Ἡ αὐτὴ (σαλαμανδρα) γὰρ, ὡς φασί, δια  
 του πυρος βαδιζουσα, κατασβεννυσι το πυρ,  
*quae (Salamandra), ut aiunt, per ignem am-  
 bulans, ignem extinguit.* Cf. Buffhamanti-  
 num l. VI. c. 2. 3. Al-Damiri his similia sub  
 voce *سمندل* narrat: *من عجائب امر  
 السمندل الاستلذانه بالنار ومسكنه  
 فيها* *Ex admirandis naturae est Semandal,*  
*quod in igne sit eius voluptas et habitatio.*  
 Mera haec esse commenta, quae ex alba spu-  
 ma, qua, cum ignem sentit, totum corpus,  
 tanquam lacte concreto obducitur, originem  
 traxisse videntur, ill. *Cepede* H. N. des qua-  
 drupedes ovipares T. I. p. 457. sq. euincere  
 studuit.

## §. 2.

Allata veterum testimonia indicio sunt,  
 auctoris nostri Salamandram eandem illam  
 esse, quam Linnaeus *Lacertam Salamandram*  
 salutavit, et *Cepede* l. c. pag. 455. sq. aere  
 expressa eius imagine tab. XXXV. descripsit.  
 Inter lacertarum a Mose Leu. XI, 30. recen-







commatis versione: Ödla, som förgiftar, hvad hon med händerna fattar, och dock finnes i Konungapalats.

CAPVT X. DE 1,200 KVFDO  
ERICIO.

*Ericii similitudinem cum sphaera habent, et omnes spinis cooperti sunt. Physicus eum vites, ait, conscendere, ut venando nanciscatur botros, acinosque in terram deiiciat. Scilicet in dorsum decumbit sursum respiciens, et acini abs se demorsi adhaerent (spinis eius), quos ita pullis suis affert comedendos. Botrum autem relinquit, cum satis habet.*

§. 1.

*Eustathius* l. c. pag. 32. col. 1. „Echinus quasi pila corpore tegitur per omnes partes spinis hirsuto, quae spinis echini marini con-



similes sunt; ad racemos vitis proficiscitur, hinc acinos diuulsos, spinisque suo volatu perforatos deportat.“

*Damiri* ad vocem القنفون apud *Bochart* I. p. 1038. القنفون اذا جاع صعد الكرم منكسا فيقطع العناقيد ويرمي بها ثم ينزل فيياكل منها ما اطاق وانا كان له فراج تمرغ في العناقيد لتشتبك في شوكة ويذهب به الي *Algonfud* i. e. فراجة لا يطهر الا ليلة (ericius) quum esurit, conscendit vitem inuersus, et abscindit ramos deicitque. Tunc descendit et de iis comedit, quantum potest. Si vero pulli ei sint, volutat se in ramis, vt implicentur spinis suis, eosque asportat ad pullos suos. Non apparet nisi noctu.“

§. 2.

*Ericium* arbores conscendere *Sperlingius* in *Zoologia*, *Lips.* 1661. p. 281. testatur: „Arbores ascendit, poma et pisa decutit, in istis sese volutat, vt spinis haereant.“ *Idem* affir-



affirmat *Halle* in *Thiergeschichte* p. 464. *Buffonius* autem negat, his vsus verbis T. III. p. 5. coll. T. VIII. p. 296. et ed. Germ. T. V. p. 20. „Je ne crois pas qu'il montent sur les arbres, comme le disent les Naturalistes, ni qu'il se servent de leurs epines pour emporter des fruits, ou des grains de raisin; c'est avec la gueule qu'ils prennent ce qu'ils veulent saisir, et quoiqu'il y en ait un grand nombre dans nos forets, nous n'en avons jamais vu sur les arbres; ils se tiennent toujours dans un creux, ou sous la mousse.“ Cf. T. VIII. tab. LXXVII. Equidem is non sum, qui tantas componere lites ausim; me tamen continere nequeo, quin quod ipse compertum habui, edisseram. Quum olim Butzouii domicilium ad arcis vallum situm, et hortum in vallo decliuem, domui proximum, apricum et tribus arcis constitutum, quem canalis aluebat, et pratum herbosum ericiis haud infrequens ab vna parte cingebat, haberem, accidit aliquando, vt vespertino tempore in vite



praegrandi ad domus parietem laete excrefcente  
 strepitum, atque ad vitem accedens delabi  
 quidquam ex ea perciperem. Lumine ad-  
 moto tres ericios conglobatos mirabundus  
 confpexi, qui vero fuga celerrima per areas  
 falutem quaerebant. Num autem arbores con-  
 fcendant, prorfus me latet; quod autem viti  
 meae damnum intulerint, expertus fcio.

## §. 3.

Occurrit Jef. XIV, 23. XXXIV, 11.  
 Zeph. II, 14. קִפּוֹד *Kippod*; Syr. ܩܦܘܕ  
*Kufdo*; Chald. קופד *Kofad*; Arab. قنفود  
*Gonfud*, quam dictionem LXX. Ἐχιος id  
 est *ericius*, vt etiam Hieronymus habet,  
 reddiderunt. Non modo vocis originatio in  
 lingua fyriaca ܩܦܘܕ *horruit*, et interpretum  
 confensus, fed et de hoc animali ab Auctore  
 relata hanc fignificationem, qua quoque hyftri-  
 ces \*) comprehenduntur, ab aliorum opinio-  
 nibus,

\*) De Hyftrice confule Buffon, T. IV. p. 401.  
 tab. LI. LII. et ed. Germ. T. XIII. p. 88.



nibus, quod vel sit testudo, vel fiber, vel noctua *rel.* satis superque defendunt: quas qui impugnatas legere cupit, adeat Bochartum I. p. 1035. sq. Vtrum Forskalii *حرباء* *Haerbe* et *Gonfud*, vt descript. anim. p. III. n. 8. erinaceus appellatur, synonyma sint; an vero prius nomen, quod in Lexicis *حرباء* *Herba* scribitur, et chamaeleon aut lacertus interpretatur, et Leu. XI, 30. in versione arab. graecum *σαυρα* i. e. lacertam exponente occurrit, dictu arduum est. Quum de auditu nunciauerit, et ipsi eruditi Arabes animalium genera et species non raro misceant, facile in errorem, si modo sit error dicendus, rapi potuit b. Forskalius.

CAP. XI. DE *كوكشوتو* COCVSCHTO  
MVSTELA.

*Lex (Leuit. XI, 29.) mustelam esu interdicit. Nec est, quod ei simile sit. Physiologus de ea affirmat, eam*



*ita natura esse comparatam, ut in ore suo a mare concipiat, et ex aure sua prolem emittat.*

## §. 1.

Hebraicum חֶלֶד *Cbóled* a Syro חֶלֶד, Jonathane כְּרוּשְׁתָּא; a LXX. γαλή i. e. mustela, ut in Vulgata quoque extat, translatum cernitur. Chaldaicum חֶלֶד idem significat. Syriacum חֶלֶד Leu. XI, 30. hebraicum כַּח *Coach*, lacertae speciem exprimit. Vnicum vocabulum arab. خلد *Chuld*, et خالدة *Chalda* tam talpam, quam mustelam significat. Nulla tamen plurium testium, qui graecae versionis auctoritatem secuti sunt ratione habita, malim ex argumentis a *Bocharto*, I. p. 1022. et *Oedmanno* P. II. c. 4. adductis, in talpa aut spalace microphthalmo *Güldenstedtii* acquiescere.

## §. 2.

Sed auctorem mustelam, minime talpam respexisse, non modo חֶלֶד nomen ab eo adhi-



adhibitum, sed et veterum testimonia, quae eius de mustela fabulae patrocinantur, in aprico ponunt. Sic enim Aristeas in historia LXXII. Interpretum p. 283. ed. van Dale scripsit: το τε της γαλης γενος ιδιαζον εστι . . δια γαρ των ωτων συλλαμβανει, τεκνοποιει δε τω στοματι, *Mustelae natura peculiaris est . . nam auribus concipit, et ore parit.* Aristotelis iam aevo hanc opinionem inualuisse ex eiusdem refutatione l. III. de generat. anim. c. VI. apparet. Quum mustela, ut Cicero, ducem sequutus Aristotelem, scribit, *catulos suos quotidie ore transferat, et sedem mutet,* forte hinc enata est fabula. Idem de ea Aelianus, II. c. 55. et IX, 65. de γαλεω f. mustelo pisce, eum per os parere, narrat.. Cf. Bochart. P. I. p. 1033., Buffon T. II. p. 259. sq.



CAP. XII. DE لذ مورمولى SCHVVSCH-  
MANARIO MYRMELEONE L.

*Eliphaz rex austri dicit, (Hiob IV, 1. 11.) Susmanarjo (i. e. myrmico-  
leon) perit ob cibi defectum. Na-  
turae scriptor dicit, quod Myrmico-  
leon ab antica sit leo, a postica for-  
mica, cuius pater carne, mater au-  
tem legumine vescatur. Quando ita-  
que myrmicoleonem gignunt, duabus  
eum naturis progignunt. Hinc neque  
ob paternam naturam carne, neque  
ob maternam legumine vesci potest,  
ideoque e cibi defectu perit.*

§. I.

*Eustathius l. c. p. 32. a. „Μυρμηκολεων  
patrem habet facie leonis, matrem autem for-  
micae. Pater carniū, leguminum mater  
vorax, amboque generant myrmecoleonem  
facie*



facie leonis, posterioribus partibus formicae, qui cum neque carnibus, neque leguminibus vesci possit, ieiunio vitam finit.“ *Pseudo-Hieronymus* l. c. p. 218. „Myrmicoleon, ab ante leo, retro formica, de duabus feris nascitur. Esca vero ipsius inprimis est lac matris, id est, formicae. Nutritur enim mater legumine tanquam formica.“

*Aldamiri* apud Bochart. II. p. 814.

ومنها ما يسمى نمل الأسد وسمي بذلك لان مقدمه يشبه مقدم الأسد  
*Ex iis (formicarum speciebus) est, quae vocatur formicaleo, quia anteriora eius leonis, posteriora vero formicae similitudinem habent.*

§. 2,

Omnes interpretes dictionem *לַיִשִׁ* *Lajisch* leonem recte, LXX autem *Μυρμηκολεων*, et Hieronymus *tigrim* reddiderunt. Myrmicoleon s. formicaleo proprie est animalculum formicis infestum, quod sub arenae tumulo  
 instar



instar infundibuli inuersi aggesto se abscondens,  
 formicas transeuntes puluere obruit et deuorat.  
 Descripsit illud, et viuis coloribus expressit  
*Roefel* in *Insecten-Verlustigungen* T. III p.  
 101. tab. XVII-XIX. In mente forte habuit  
 interpres graecus formicas Indicas, quas ca-  
 num magnitudine minores, vulpium maiores  
 Herodotus l. III. 89. memorat, et Aelianus  
 l. VII. c. 47. thoum et tigrimum, nec non  
 formicarum et pantherarum foetus dici narrat.  
 Consentit auctor libri: *Les mille et une Jour*  
 T. III. Jour 117. p. 203. ed. Amst. 1712.  
 „Je me promenai dans l'isle, et j'apperçus avec  
 epouvante un grand nombre d'animaux gros,  
 comme des Tigres, et faits a peu pres comme  
 des Fourmis — Secundum Plinium XI, 31.“  
 Indicae formicae cornua, Erythris in aede Her-  
 culis fixa, miraculo fuere - - Ipsis color  
 felium, magnitudo Aegypti luporum - -  
 Cf. Buffon T. IV. p. 40 &c.



CAP. XIII. DE ~~FORMICA~~ SCHVVSCH-  
MAN FORMICA.

§. I.

I. *Proprietas prima.* Salomo in *Prouerbiis VI, 6.* dicit: *Explora, o piger, formicam. Naturae scrutator tres formicae proprietates attribuit, quarum prima est, quod si in ordine ambulent, unusquisque granum in ore suo portet. Illi autem, qui vacui sunt, et nihil portant, non dicunt onustis: date nobis de granis vestris, nec illa rapiunt violenter, sed abeunt pro se colligentes, redeuntque.*

S. Epiphanius l. c. cap. XVII. „Ait Salomon in *Prouerbiis*: vade ad formicam o piger. Physiologus multas proprietates habere eam dicit: I. Cum sollicite discurrunt, et singulae granum portant, a ferentibus vacuae nec petunt, nec vi auferunt, sed vnaquaeque  
col-



colligere sibi studet.“ Idem *Pseudo-Hieronymus* l. c. pag. 219. fere narrat. „Formicae, quae nil portant, non rapiunt onera eorum, quae portant.“ Ordinem, quem in itinere obseruant, praedicat Salomo l. c. *aspice vias earum et sape. Neque primarium, neque moderatorem aut mareschallum habent. Aristoteles* hist. anim. IX, c. 38. *μυρμηκες — αἰεὶ μίαν ἀτραπὸν πάντες βαδίζουσι formicae eadem semita semper ambulant. Aelianus* VI. c. 43. „Formicae tanquam pabulatum proficiscentes natu grandiores sequuntur, quae ducum instar praecunt.“

## §. 2.

*Proprietas secunda. Quando abscondere cibum suum in terra volunt, dissecant granum unum in duo, ne hyeme inficiantur, granaque germinent, et fame moriantur.*

*S. Epiphanius* l. c. c. XVIII. „Cum in cellulis grana condunt, in duas partes illa diui-



diuidunt (*διχοτομοῦσι αὐτοὺς*), ne hyeme ingruente putrescant, et ipsae fame pereant. Formica enim cum sit animal folers, et aestum folis nimium, et hybernium tempus praesentit. Itaque cum eam videris triticum in caueram condentem, hyemem aduentare intellige; si vero illud extra educentem ipsam videris, tranquillum instare tempus scito.“ *Eustathius* l. c. pag. 32. b. „Formicae, dum frumentum congregant, medium granorum (germen) abscindunt (*διὰ μετοῦ τῶν κοκκῶν τεμνοῦσι*) ne madefactum germinet.“ *Pseudo-Hieron.* l. c. Sed cum deposuerint triticum, diuidunt grana, ne si fuerit pluuia, florescant. Cf. Bochart. II. p. 588. sq.

## §. 3.

*Proprietas tertia. Quoties in agrum messis (qui demeti potest) exit, ut spicas granorum deducendorum causa conscendat, prius*  
F
quam



quam ascendit, naturam spicae odoratur, e cuius odore nouit, siue hordeum, siue triticum sit. Quod si hordeum sit, ascendit ad triticum; hordeum est cibus iumentorum.

Obserrat Bochartus II. p. 590. Arabes formicis odoratum acutum adscribere, testes excitans *Aldamiri*, qui النمل شديد الشتم formicas vehementis odoratus esse asserit, et *Alkazuinum*, qui له شتم ليس لاحد من مثله odoratum, qualem nullum habet animal, ipsi tribuit.

## §. 4.

Formica hebraice dicitur נמלה *nemala*, quae vox bis in SS. Prou. VI, 6. XXX, 25. occurrit. Arabice نملة *nemla*, a R. نمل contendit *pec.* proreptando, cum hebraeo conspirat, et in Alcorano sura XXVII, 18. *seinel* extat. Secundum *Giggeum* dicitur *semsem* formica nigra, et *sim-simah*



*simah* formica rubra. Syrorum 𐤒𐤓𐤌𐤍  
*Schuschmano* Chaldaeis quoque in usu est,  
 nisi quod saepius שׁוּשׁמַן in libris impressis  
 scribatur. Forte ab hebr. סם, aut arab. سَم  
*olfecit*, commode deriuatur. Copticum  
*Schasschif* formica, sono ad Chald. *Scham-*  
*schum*, aut arab. *Semsim* accedit.

#### CAPVT XIV. DE 𐤒𐤓𐤌𐤍 AQVILA.

*David* (Psalm CIII, 5.) dicit:  
 ut innouetur inuentus tua tanquam  
 aquilae. *Physiologus* de aquila di-  
 cit, quod cum senescat, alae eius  
 grauentur, et lumen (oculorum)  
 eius obscuretur. Quid tunc facit?  
 Petit aquae purae scaturiginem, et  
 sursum in aerem solis (aestu ferui-  
 dum) volat, alisque et oculorum  
 suffusione inflammatis in scaturigi-  
 nem descendit, tribus vicibus se ab-  
 luit, et nouus fit.



§. 1.

*Epiphanius* in *Physiologo* cap. VI. „Aquila (*αἰετός*) volucrum regina a longissima vita denominationem accepit, viuit enim annos centum. Cum vero senescit, rostrum ei incuruatur, caligantque oculi, ita vt nec videre possit, nec cibum capere. Igitur in altum sese attollit, et in praeruptam se proiicit rupem, ad quam rostrum allidit, et se frigidis immergit aquis, aduersusque solares radios se opponit, tuncque ex oculis cadunt lippitudines, ac iterum iuuenescit.“

*Eustathius* l. c. pag. 29. b. „Ferunt aquilam senio confectam oculorum acie obtundi, alasque eius ingrauescere, hinc eam fontes inuestigare, delatasque in aerem alas a sole incensas exuri, et visum recuperare; deinde subito petito fonte tertium mergi et renouari, quare et *Psalumum* dixisse tradunt: renouabitur sicut aquila iuuentus tua.“ *Pseudo-Hieronymus* l. c. p. 218. „Aquila cum senuerit, grauantur ipsius pennae et oculi, quae-

ritque



ritque fontem, et erigit pennas, et colligit in se calorem, et sic oculi eius sanantur, et in fontem se ter mergit, et ita ad iuventutem redit.“

*Aldamiri* his similia narrat de aquilae specie, quam عقاب *Ukáb* falconem (qua voce Arabs Samar. Leu. XI, 29. חסירה expressit) appellat. Vid. Bochart. II. p. 167. sq. *Hieronymus* in Jes. XL. T. IV. p. 495. „Crebro diximus aquilarum senectutem reuirefcere mutatione pennarum.“ —

## §. 2.

Vocabulum נשך *Néscher* in S. S. non falconem *Chrysaetos* L. *den Goldadler*, sed *Vulturem barbatum* L. *den Goldgeyer*, qui tam magnitudine rostri, unguium, alarum, et pedum plumatorum, quam volatu et robore *Chrysaetho* non cedit, significare cl. *Oedman* Fasc. I. c. 5. coll. Append. ad fasc. I. (Bihang till förste Flocken. Upsala 1783.) et Fasc. V. c. 8. grauissimis argumentis demonstratum



iuit, quorum pauca ista proferre haud abs-  
re erit:

1) Aquila Chryf. cadauera auersatur; vul-  
tur barbatus iis vescitur. Hiob 39, 27.

2) Aquila Chr. *frontem pennis tectam*;  
vultur barb. quasi caluam, *solis plumis tectam*  
habet. Mich. I, 16. vt in effigie, quam *Ed-*  
*wards* T. III. tab. 106. viuis coloribus expref-  
sit, videre est.

3. Aquilae Chr. amant solitudinem, nec  
gregatim volant, sed vnum par ditionem sibi  
propriam eligit; Vultures barbati consortium  
admittunt. Plura non excerpo, quum pro-  
lata mihi sufficere videantur.

### §. 3.

Sed alia mihi mens est de notione του  
بهر apud Auctorem nostrum, quem aquilam  
Chrysaetos cogitasse, quae sequuntur, pro-  
bare videntur.

1) S. Epiphanius, Eustathius, et Pseudo-  
Hieronymus, quorum relata cum auctoris  
nostri



nostri relatis concinunt, aquilam, et Epiphanius aquilam volucrum reginam distincte memorarunt.

2) Vultur barbatus Syris secundum auctorem nostrum *ܚܘܕܪܘ* *Chudro* audit, vt infra capite XIX. exemplis inductis demonstrabitur.

3) *ܚܘܕܪܘ* aequae ac arab. *نسر* apud recentiores scriptores latioris est significationis, et ad omnes aquilarum species transfertur. Nec adeo mirum est, si quoque a plebeiis, aut aliis historiae nat. ignaris, aliae volucres rapaces hoc nomine appellentur. Etenim Europaeis sciscitantibus, quo nomine ab indigenis hoc vel illud animal nuncupetur, falsa pro veris saepe venditant, ne vel ex inscientia laborare videantur, vel reuera tam imperiti sunt, vt fortem ex urna deducere necesse habeant. Vt exemplo vtar, ill. *Hoeft* p. 298. se anem cadaveri insidentem vidisse, quem alii Mauro-rum *نسر* *Nesr* aquilam s. vulturem, alii *غرنق* *garnak* s. gruem appellabant. *Leo Afritanus* *نسر* eandem esse avem, quam



Itali Vulturem nominent, confirmat. Idem e carmine Schafaei apud Abulfedam T. II. p. 135. in promptu est: رحلت النسور بغوة جيف الفلا pascuntur vultures validissimae foetida cadauera per deserta. Contra vero Forskalius descr. p. 12. n. 6. aquilam فسر, inter aues Loheiae migratorias vernaes refert, carne et cadaueribus victitantem.

CAPVT XV. DE AVE حارادريو  
CHARADRIO.

*Est volucris dicta Charadrius, ut scriptum est in Lege (Leu. XI, 19.), de qua physiologus dicit, quod tota alba, nec vlla in ea nigredo sit, fimusque ex intestinis eius eorum sanet oculos, quorum acies hebescit et nigrescit. Reperitur autem in regum palatiis. Quodsi vero quis aegrotet, ex ipso Charadrio sciri potest, utrum reuiuifcat, an moriatur?*  
Quando



Quando enim morbus cuiusdam mortifer est, Charadrius ab hoc aegrotto faciem auertit, unde quilibet eum moriturum esse cognoscit. Si vero morbus hominis ad sanitatem inclinet, eum aspicit Charadrius, et aegrotus quoque Charadrium intuetur, tunc Charadrius morbum istius hominis absorbet, sursum in aerem solis volans, et comburens morbum eius, eique opem ferens, aspiciendo et solem et hominem simul.

§. I.

Aelianus de animal. l. XVII. c. 13. „Charadrius avis eximio naturae beneficio affecta est. Nam si quis ictericus in eam acerrime intueatur, illa contra oculis fixis, tanquam vicissim succedens, respiciat, sic affectum hominem suo obtutu ad sanitatem reducit.“ S. Epiphanius l. c. c. XXIII. „Est avis Charadrius



dicta, quam physiologus ait albam esse totam, absque vlla prorsus nigredinis nota, (ὄλον λεκιν ἐστὶ, μη ὄλως μελανίαν ἔχον). Porro si quis morbo laboret, sitque hominis aegritudo lethalis, prospectum suum Charadrius ab illo auertit: sin vero morbus vitae securitatem promittat, tunc Charadrius in aegrum intendit visum, et vicissim aeger in Charadrium.

*Eustathius* l. c. p. 32. a. „Charadrius, cuius Moyses meminit (Leu. XI, 19. Deut. XIV, 18.) toto corpore splendidissimo nitet candore, alterius coloris maculis nusquam aspersus; huius effluuia obtusae oculorum aciei maderi tradunt, immorarique regiis, vitae et mortis hominibus aegrae infirmaeque valetudinis praenuncios. Cum enim affectus viribus homo fuerit, Charadrium ita accommodat, vt eum aduersis oculis intueri possit, qui si ad aegrotum attenderit, aegrotusque ad ipsum, hausta infirmitate Charadrius per aerem, solem versus volitat, ibique morbum hominis dissipatum disperdit, si non inspexerit de laboran-

dis



dis interitu coniecturam faciunt.“ Cf. *Plutarchus* T. II. symposiac. l. V. probl. 7. *Plinius* XXX. c. XI. et *Bochart* II. p. 335. sq.

## §. 2.

Dictionem hebraicam *אנפה* *Anafa* *Leu.* XI, 19. et *Deut.* XIV, 18. occurrentem *Onkelos* *אבו* *Ibbo*, *Jonathan* *אכמתא* *achmata* nigram, et *Syrus*, vt hebr. *אנופו* *enofa*, reddiderunt. Sed qualis sit volucris, ignoratur. *Bochartus* aquilae speciem, falconem montanum, alii ardeam augurati sunt. *LXX* et *Hieronymus*, quos *Auctor* sequutus est, *Charadrium* elegerunt. Sed inter omnes a *Linnaeo*, *Hasselquist* Cl. II. n. 29 - 32; *Forsk.* p. VII. n. 10. et *Buffon* T. VIII. p. 81. sq. recensitos *Charadrios*, ne vllus quidem reperitur, qui totus albus sit, et cum *Auctoris* nostri *charadrio* conciliari possit. Praeterea nihil in hac aue migratoria reperitur, cur principum consortio praecipue dignus existimaretur. Hinc dubitari licet, vtrum  
vete-



veterum Charadrius idem ille sit dicendus, quem nostri physiologi descripserint, an potius *Ardeae albae* L. aut si mauiis, *Psittaco albo cristato* L. \*) palma deferatur, de quo omnino potuit praedicari, quod in regum palatiis reperiatur, et ad auguria ex eo capienda cumprimis ansam dederit.

## §. 3.

Memoratu autem maxime dignum est, quod auctores versionum arabicarum Polygl. Erpenii, Samaritanae in Tetraplis Barberinis פפפא, *بابا* aut *بابا* *Babaga*, psittacum transtulerint, vel Graeci interpretis *χαρσαδριον* verum psittacum forte reputantes, vel ex etymologia suppetias petentes. פפפא enim *spirare, irasci, ira proflare* denotat, et psittacus omnium avium non modo natura in iram


\*) Imaginem et descriptionem largitus est Buffon T. VI. pag. 89 sq. tab. III. *Edwards* T. IV. tab. 160. Vocatur *Cacadu*, quod nomen eius onomatopoeicon est.



iram maxime praeceps est, sed homine ignoto ad eum accedente, vel prae ira, vel horrore, vel timore, acerrime proflare solet. Equidem in meo *psittaco nobili* L. qui in ill. *de Murr Reisen einiger Missionarien in Amerika*. Nürnberg 1785. 8. p. 226. accurate describitur, hoc quotidie expertum habeo. Arabicorum interpretum aetate psittaci nouitate sua non amplius mirabiles in oriente, vt olim Aristotelis aeuo erant, quod tam ex Aethiopia, quam ex India in Aegyptum, Palaestinam rel. asportarentur. Num Mosis tempore in Aegypto noti erant, fidem facile habet, si commercia et bella Aegyptiorum cum Aethiopibus facta consideremus. Aegyptiis saltem hanc auem haud prorsus ignotam fuisse, nomen psittaci ἀμρία *amria*, quod in lingua egyptiaca adhuc extat, in aprico ponit. Sed Mosen eam inter aues esu interdictas retulisse credibile non est, cum Aegyptus patria eius non sit, si vel *Diodorus Siculus* l. II. p. 95. Συρίας ψιττακούς *Syriae psittacos*, e memoriae forte lapsu,



lapfu, aut veteris criticaſtri emendatione,  
commemoret.

CAPVT XVI. DE   
PHOENICE.

*Dominus dicit in Euangelio (Joh. X, 18.) est mihi potestas, ut ponam animam meam; est quoque mihi potestas, ut eam rursus sumam. Iudaei autem ira inflammati sunt propter hoc assertum.*

*Physiologus dicit: est avis in India, quae Phoenix appellatur, quae quouis anno quingentesimo ligna Libani, impleta radicibus aromaticis ala sua migrat. Quo nuncio ad sacerdotes Heliopoleos s. ciuitatis solis perlato, nouiluniis Nisan aut Fjar s. Pamnuth aut Parmuthi, sacerdos certior factus ilico venit, et aram*  
vitis



*vitis lignis complet. Volucris itaque Heliopolin intrat, radicibus aromaticis onusta, et aram conscensa ignem accendit, seque comburit. Postridie eius diei cum in cinerem redacta fuit, accedens sacerdos offendit vermiculum; die secundo, pullum, et die tertio volucrem magnam, quae post impertitam sacerdoti salutem ad locum suum remeat.*

§. I.

*S. Epiphanius l. c. cap. XI. „Phoenix (Φοινίξ) avis pauone pulchrior est. Pauo enim aureas argenteasque habet alas; phoenix vero hyacinthinas et smaragdinas, pretiosorumque lapidum coloribus distinctas, coronam autem habet in capite, et in pedibus malleolos (σφραγας). Prope Indiam degit. Viuit autem annos quingentos, et in cedris Libani, absque cibo et potu, vento pascitur, et post quingentos*

tos



tos annos alas aromatibus implet; et cum He-  
liopoleos sacerdos sacrificia inchoat, e pro-  
prio egreditur nido, ad sacerdotem pergit,  
vnaque templum ingreditur vsque ad sacra-  
rium, et in cinerem tota confumitur. Se-  
quenti autem die alis renatis reperitur. Tertia  
vero die iam integra sacerdotem salutat, re-  
staurataque iterum ad proprium locum redit.“

*Eustathius* l. c. p. 29. b. „Hunc (Phoe-  
nicem pauonis quidem magnitudine, sed a  
pauone pulchritudine et colore secundum) di-  
cunt vnigenum nulla successione generari, sed  
esse vnicum et solum, et quingentis eum du-  
rare annis. Morti proximus, obitum enim  
suum ipse praesentit, in sublime delatus so-  
lem orientem intuens, furculis odoriferis con-  
struit nidum, deinde a solis radiis totus cre-  
matur, et in puluerem omnino resoluitur, ex  
pulvere deinde vermiculus nascitur, inde pul-  
lus, primusque Phoenix.“

*Pseudo-Hieronymus* l. c. p. 218. „Phoe-  
nix avis est in India, et per quingentos an-  
nos



nos de Libano implet se aromatibus, et sic nidificat. Et indicat sacerdoti Heliopolitano mense Famenoth aut Farinuth. Implet aram sacerdos farmentis, et ibi confert phoenix aromata, et electrum arae imponit. Et primo solis ortu, phoenix quidem mouet pennas, solis vero calore accenditur electrum, et sic exuruntur aromata, et ipsa phoenix incendiatur. Craftino die de cinere gignitur verinis, secundo pennas effert, tertio ad antiquam redit naturam, et sic ad sua loca reuertitur.“ Plura auctorum de phoenice commenta Borchart. II. p. 818 et 849. collegit.

## §. 2.

Ansam auctori, aut ei, e quo sua mutuauit, de Phoenice aue commentandi dedisse videntur LXX. Interpretes, quos comma Jobi XXIX, 18. **וְאָמַר עִם קָנִי אֲגֹוֶעַ וְכִחֹל** *cogitabam autem, me cum nido meo expiraturum, et sicut Chol (LXX. ὡς ἑλεχος φοινικος, vt truncum palmae) dies*



*multiplicaturum esse*, de Phoenice aue intellexisse opinati sunt. Nec inepte. Nam 1) vox, *nidus*, quae praecedit, neque cum palma, neque cum arena conciliari commode potest, ut itaque  $\varsigma\epsilon\lambda\epsilon\chi\omicron\varsigma$  tanquam glossa, quae in textum irrepserit, sit consideranda. 2) Thalmadistae et Masorethae  $\text{חול}$  *chul* pro aue Phoenice habuerunt \*). 3) Fabula de phoenice iam diu ante factam graecam versionem in Oriente, teste Herodoto L. II, 51. coll. Plinio X, 2. obtinuit, et numis nobilitata fuit\*\*), ut itaque mirum non sit, si interpretes graecus inter vertendum in tam nodosam vocem incidens, multis volutis cogitationibus, et contextu in subsidium vocato, de aue, quam mille annos viuere certo credebant, cogitauerit.

\*)  $\text{حول}$  idem ac  $\text{دور}$  *gyrare, immutare, durare* significans, huic vulgi opinioni suppetias fert.

\*\*) Spanhemius de vtil. et pr. num. ant. Diff. V. p. 285. sq.



CAPVT XVII. DE ⲉⲣⲟⲓⲟⲩ ERODIO.

*Physiologus auem, ait, Herodium valde malignam esse, et vnam habitationem habere. Nec enim amat multorum mansionem, nec morticinis vescitur, nec in multis locis volat, sed commoratio et cibus eius in vno loco sunt.*

## §. I.

Fontem, ex qua Auctor sua deduxerit, vbi reperirem, frustra laboravi. Quae enim S. Epiphanius l. c. cap. XXV. de ⲡⲉⲗⲁⲣⲅⲱ s. ⲉⲣⲟⲓⲟⲩ (Ciconia) praedicat: *quod sit avis castissima, et mirabili pietate utrumque parentem in senectute alat*, cum auctoris nostri effato nihil commune habet. Hoc tamen dubio caret, eum e versione LXX. Intt. suum herodium deriuasse, quippe qui dictionem Ⲥⲱⲩⲣⲁ *Chasida* Leu. XI, 19. et Pl. CIV, 17. ⲉⲣⲟⲓⲟⲩⲟⲩ, forte duce etymologia, (nam Ⲥⲱⲩⲣⲁ a Ⲥⲱⲩⲣ



*amor*, et ἐρωδιος ab ἐρως *amor* descendit) transtulerunt; quod quoque nomen Aqu. Theod. interpres graecus Venetus, Aethiops, itemque Pfalter. arab. Londin. et montis Libani *ألهرودي* *Alherudi* retinuerunt. Contra vero arabicae versiones in polygl. *صقتر* *Saker*, accipitrem, vel *بلشوم* *balschum* i. e. ardeam; Justinianus et Sionita in suis psalteriis *الهام* *Alham* noctuam, elegerunt \*).

## §. 2.

Characteres ab Auctore nostro indicati, quod sit avis maligna, solitaria, minime gre-


\*) Jer. VIII, 7. vocem חסידה, quae a Syro in Polygl. *ܘܫܬܘܪܐ* *vastator*, qui forte idem, ac Symmachi *Deitbo* et Hieronymi *Milvus* est, et a LXX. *Ασιδα* (*ܐܫܝܕܐ* in vers. syr. hex.) reddita fuit, Aquila ibidem *ܐܫܝܕܐ* *herodium* interpretatus est. J. D. Michaelis ad Castelli Lex. syr. p. 320. *ܐܫܝܕܐ* auem *الخبباري* *Alubari* esse, (quae ad otidis fami-



*gregaria aut migratoria, itemque morticinas carnes haud voret, obstant, quo minus ardeam cineream L. den grauen Reiger, aut Ardeam ciconiam den Storch, licet ἑρωδιος utrumque significet, sed vel falconem chrysaetos L. den Goldadler, vel aliam ei non abfimilem speciem cogitemus. Jonathanis נשרא Nischra, et Samarit. in tetraptis Barber. عقاب Ukab (pro חסירה), quae aquilae species denotant, auctori nostro fauere videntur. Sed hinc non fluit, quod quoniam eius de Herodio sententiam facile probem, vox Chasida reuera eius Herodius reputandus sit. Nam cl. Oedman P. <sup>v</sup> ח. c. 6. חסירה ardeam cineream L. esse, multis et grauibus argumentis docuit, quibus equidem lubens acquiesco.*

familiam pertinere videtur, et a Bocharto II. p. 282. sq. descripta fuit,) et Sophon. II, 14. memorari, coniecit.



CAPVT XVIII. DE  IBI.

*Physiologus de aue Ibi dicit, eam in Lege (Leu. XI, 17. Deut. XIV, 16.) immundam pronunciari, nec natare posse, sed ad ripas fluuiorum et fontium pascere, nec ingredi in profundum, ubi pisces haud prohibiti habitant.*

## §. I.

S. Epiphanius, Eustathius et Pseudo-Hieronymus *Ibis* descriptionem non dederunt. Solum *Eustathius* l. c. p. 39. a. Mosen, ait, in expeditione Aethiopica, ne quis a bestiis caederetur iussisse, vt capsulas plicatas *Ibibus* plenas quisque secum afferat, quoniam hoc animal aspidi infensum est. „Herodotus II, 52. duas *Ibium* species recenset, *alteram*, quae tota nigra, cruribus gruinis, rostro maxima ex parte adunco, et eadem, qua *Crex* magnitudine est, et cum serpentibus pugnat, *alteram*, quae magna copia offenditur, gracile  
caput



caput ac totum collum, pennas candidas, exceptis capite, ceruice, et extremis alis et natibus, quae nigrae sunt, habet. *Cicero* de nat. Deor. I, 101. c. 36. primam speciem memorauit. "Ibes maximam vim serpentum conficiunt. Quum sint aues excelsae, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro, auertunt pestem ab Aegypto, quum volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo interficiunt atque consumunt." *Plinius* VIII. 27. disertius de rostri aduncitate mentionem facit, et l. X. c. XXX. tradit: Ibis circa Pelusium tantum nigra est, caeteris omnibus locis candida. Cf. *Aelianus* X, 29. *Plutarchus* l. IV. sympos. probl. 5. crura longa ei esse scribit: *Ἰβιν δὲ ποιεῖ τῆ τῶν ποδῶν ἀπόστασις πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τὸ ριγκὸς ἰσοπλευρὸν τρίγωνον* i. e. *Ibis autem diuarcatione pedum inter se et rostrum comparatorum, facit triangulum aequilaterum.* Vid. *Kircheri* prodromus *Coptus*, Romae 1636. 4. pag. 236.



## §. 2.


Veterum istorum de Ibi testimonia non modo effigies eius in monumentis vetustis, quae T. II. Picturarum Regio - Hercul. Musei tab. LIX. in tabula Isiaca Pignorii, apud Caylum T. I. tab. 10. 4. Aldrovandum, Jonstonum, Kircherum in Oedipo Aeg. et alios aere expressae cernuntur, quibus omnino duas ad minimum Ibi species rostris aduncis distinguere licet, egregie confirmare videntur. Quibus tamen non obstantibus recentiorum de Ibe relationes admodum vagae et inter se pugnantes sunt, ut lectorem in medio relinquant. *Buffonius* Tomo VIII. p. 1. sq. Ibem albam descripsit, et tab. 1. rostro curvato praeditam repraesentavit; *Hasselquist* cl. n. XXV. Ibim, quam Ardeam Ibim appellat, rostrum rectum habere asseruit, quod autem veterum effatis repugnat. Nec *Linnaei Tantalus Ibis* ita descriptus fuit, ut de rostri aduncitate securi esse possimus.







signat, in Veterum Ibes, an potius in Hassel-  
quisti *ardeam Ibim*, aut *Tantalum Ibim* L. vt  
videtur, quadrent, aliis iudicandum relinquo.

CAPVT XIX. DE  CHVDRO  
VULTVRE

*Physiologus de vulture dicit, quod  
inhabitet loca excelsa et sublimia,  
dormiatque super petris altis, aut  
montium extremitatibus. Si gra-  
uida est, nec parere potest, Indiam  
migrat asportaturus lapidem dictum  
Antonikon \*), qui partum facilem  
conciliat. Habet autem iste lapis  
nucum rotunditates, quem cum qua-  
tere vis, alius lapis in eius medio*

CON-

\*) Vox e graeca *εὐτοκίον*, *facilem partum  
reddens*, corrupta fuit. Est lapis *Actites*  
Germanis *Adlerstein*; Arabibus *العقاب*  
*حاجر* *Hidsjr Alukáb* lapis Aquilae dictus,  
quem in aquilarum nido inueniri fabulantur.



*contremiscit et instar tintinnabuli collisi sonum edit. Quando vero dolores eum corripunt, huic lapidi infidet, et sine dolore parit.*

§. I.

*S. Epiphanius* l. c. cap. VII. in omnia alia ab auctore nostro abit, scribens: Vultur (Γυψ) cunctis auibus voracior est: XL. enim diebus cibo abstinet, quem cum inuenit, totidem se ex illo libris (Λιτρας) ingurgitat. Itaque quadragenariam abstinentiam, quadragenaria ingluuie compensat.

*Eustathius* l. c. p. 29. b. “Vultur in excelsis atque altis rupibus pernoctat, et nemo, ubi habitet, comperit. Vbi conceperit, in Indiam proficiscitur, et lapidem, quem vocant Eutocium (Ευτοκιοῦ) suscipit, super quem, dum doloribus partus cruciatur, sedet, et parit. Est autem lapis hic rotundus veluti nux, et cum quatitur, veluti tintinnabulum sonum edit, alio in vtero lapide sonante.”

*Pseudo-*



*Pseudo-Hieronymus* l. c. pag. 219. „Vultur cum coeperit oua edere, primum de terra Indiae *Instintium* (forte *Insititium*) sumit: et est tanquam nux, et intus habet aliquid, quod mouetur, et sonum reddit. Hoc sibi apponit, et multos quidem facit fructus, vnus vero remanet.“ *Alkazuin* apud Bochartum II.

p. 304. Auctorem nostrum prae oculis habuisse videtur, hunc in modum scribens:

رخيه ظاير النسرين خالقتنه ياختار  
لبيضه اطراف الجبال الشاهقة ليصعب  
للوصول الي بيضه يقال اغر من بيض  
الانوق فاذا جاء اوان بيضها ذهبت  
الي الهند وانت حاجر يقال له  
ابوطاقيون وهو حاجر مدور مثل خرزة  
اذا حركت تتعقعع في جوفه حاجر  
اخر ويترك ذلك الحاجر تحتها  
فتبيض من غير وجع وتنظير خلف

i. e. „*Rachama* est auis aquila (aquilini generis). E natura eius est, vr eligat ouis suis summorum



montium vertices, vt ad ea difficilior fit accessus. Vnde est, quod dicitur, rarius ouo *Anuk* (i. e. Rachamae). Quo tempore oua positura est, in Indiam se conferens, inde affert lapidem, quem *Abutacium* vocant (immo *εὐτοκίον*). Is lapis est margaritae instar rotundus. Cum mouetur, sonat in ventre eius lapis alius. Eo lapide sibi supposito, oua ponit sine dolore. Castra sequitur volatu suo, vt vescatur occisorum cadaueribus.

## §. 2.

Vox *ܟܘܕܪܘ* *Chudro* secundum *Castellum* in Lex. denotat *aquilam*, cuius tres species Bar Bahlul recenset: *maximam* *ܟܘܕܪܘ* Ar. *الرخية*; *minorem* *ܟܘܕܪܘ* Ar. *النسر*; *minimum* *ܟܘܕܪܘ* Ar. *البيجر*, cuius tamen fidem suspectam habeo, quum *ܟܘܕܪܘ* graecum *κοραξ*, et *ܟܘܕܪܘ* *καραδριος* sit. Quum etiam Auctor noster vel LXX viralem versionem, qua *דאח* *Daah*, Leu. XI, 14. Deut. XIV, 13. *גוש* *vultur* transfertur, vel *Epiphanium*, vel *Eustathium*,  
qui



qui eodem vocabulo vtuntur, secutus sit, de vera dictionis ἰϋϩϩ notione, quod scil. *vulturem* generatim denotet, constituta est. Character autem, quod loca praerupta habitet *rel. in vulturem barbato* L. de quo *Oedman* V. C. fasc. I. c. 5. coll. Append. p. 9. sq. et fasc. V. c. 8. consulendus est, omnino conuenit.

## CAP. XX. DE ἰϩϩ PELECANO.

*De aue Pelecano bene dicit David (Ps. CII, 7.): similis sum pelicano in deserto. Physiologus de Pelecano dicit, eum pullos suos impense diligere. Quando geniti pulli paullulum excrescunt, parentum suorum facies alis suis percutiunt, qui vero eos transfodientes interficiunt. Tunc parentes eorum miserti, tres dies lugent, quos interfecerant. Die vero tertio mater eorum seorsim se subducta*



*ducta pullos suos mortuos sanguine  
conspergit, qui eos resuscitat.*

§. I.

*S. Epiphanius* l. c. cap. VIII. „Prae  
omnibus volucris pelecanus (ἡ πελεκᾶν)  
prolis est amans, femina nido incubat, pullos  
suos custodiens, ipsosque fouet complectitur-  
que, et nimis osculis fauciat; perforat itaque  
illorum latera, et illi moriuntur. Post tres  
vero dies accedit mas pelecanus, et mortuos  
inuenit pullos, et valde angitur, doloreque  
impulsus proprium latus percutit ac terebrat,  
emanatque sanguis, quem super mortuorum  
vulnera instillat, qui sic vitae restituuntur.“

*Eustathius* l. c. p. 29. a. „Pelicanus pullo-  
rum amantissimus est. Hic enim dum pullos  
alit, ab illis alis in faciem percutitur, qui eos  
rostro repercussos interimat, et misericordia  
permotus, eosdem a se occisos luget per tri-  
dium. Postremo mater adueniens latus gra-  
uiter vulneratum effodit, et sanguinem suum  
super



super paruulos fundit, quo illi perfusi, reuiuiscunt.“ *Pseudo-Hieronymus* l. c. p. 218.  
 „Pellicani cum suos a serpente filios occisos, mortuos inueniant, et se et sua latera percutiunt, et sanguine excusso ad corpora mortuorum sic reuiuiscunt.“ Cf. S. Augustinus comm. in Psalmum CII. qui his haud ab similia narrat.

## §. 2,

In Hebraeo *Leu.* XI, 18. *Deut.* XIV, 17. *Pf.* CII, 7. rel. legitur קאח *Kaath*, (Chald. קתא *Katha*; Sam. קתין *Kathin*), quam dictionem Syrum interpretem כוכ *Koko*, Ar. قوق *Kuk*, et LXX πελεκαν; recentiores autem, vel pelecanum onocrotalum, hebr. תנשמת *Tinschémeth*, \*) vel cygnum cuculum rel. vertisse constat. Quum autem variae dentur Pelecanorum species, *Oedmanus* fasc. III. c. VI. solito acumine, et ex rei veritate Veterum pelicanum, esse *pelecanum graculum* L. adiecta aere expressa eius imagine demon-

\*) *Oedman* Fasc. III. c. 5.







apiafter, vel eius congener esse videtur, vt  
*Oedman* fasc. II. c. 5. coll. *Bochart* II. p. 297 sq.  
 iam monuit. Obiter annotandum, in *Pfal-*  
*terio arab. lat. Viêt. Scialac*, et *Gabr. Sio-*  
*nita*, Romae 1614 verba arabica شبهت  
 الغيبه البري *similis sum fatuo s. pelecano*  
*fero*, translata reperiri: *assimilatus sum nigre-*  
*dini ollae.*

## CAPVT XXI. DE حده UDO.

*Dicit Psalmista (Ps. CII, 7.): fui*  
*sicut Udo in solitudine. Physiologus*  
*de Udo dicit, quod noctem plus dili-*  
*gat quam diem (cum soi splendet*  
 اذ يسطل).

§. i.

*S. Epiphanius* l. c. cap. XX. „Ait *Psaltes*  
 (ο ψαλμωδης). Factus sum sicut *nycticorax*  
 (νυκτικοραξ). *Physiologus* igitur auem esse  
 dicit amantem magis tenebras, quam lucem.“

Eusta-



*Eufstathius* l. c. p. 30. „Nycticorax magis noctis quam diei amicus est.“

§. 2.

Quamquam LXX Interpretes diuersae significationis hebraicas dictiones כֹּס Leu. XI, 17. Deut. XIV, 15. Ps. CII, 7; et קֹרַא 1. Sam. XXVI, 20. νυκτικοραξ interpretati sunt; e Physiologi tamen criterio, et Psalmi CII. citatione apparet, כֹּס hic intelligi, quam vocem vetus Syrus interpres in allatis locis ܟܘܨ reddidit. Quae Bochartus II. 272. sq. Michaelis in Suppl. hebr. p. 1236. sq. de כֹּס coniecturarunt, repetere superuacaneum ducō, quum ad originationem vocis ܟܘܨ nihil conferant. Ex mea sententia vox syr. ܟܘܨ, est graeca ὠτος, quae quoque latina ciuitate donata fuit. ὁ ὠτος, autem secundum Aristotelem hist. anim. VIII. 12. ὁμοίος ταις γλαυξί, και περι τα ὠτα πτερυγία ἔχων, ἐνιοὶ δαυτον νυκτικορακα καλουσι *similis noctuis est, et circa aures pinnulas habet, quam quidam*







*cum pulli parentes suos senio confectos videant, depilant istas veteres suas alas, lingentes eorum oculos, patresque suos sub alis suis instar pullo- rum calefacientes, et sic renouantur. Dicunt autem patribus suis: sicut vos fecistis, ut solliciti et anxii de nobis et nostro victu fueritis, ita quoque vobis paria paribus referimus.*

§. I.

Veteribus upuparum pulli ab amore erga parentes commendantur. Horus Apollo l. c. c. 52.

„Αιγυπιοι ευχαριστιων γραφοντες ΚΟΥΚΟΥΦΑΝ ζωγραφουσι, διοτι τουτο μονον των αλογων ζων, επειδαν υπο των γονεων εκτραφη, γηρατασιν αυτοις την αυτην ανταποδιδωσι χαριν.“ *Aegyptii gratitudinem*

*delineantes, Kukupham depingunt, propterea quod sola inter bruta animalia, cum a parentibus enutrita, ipsis senescentibus eam-*



dem reddunt gratiam. „Aelianus X, 16.  
 Αιγυπτιοι τας Εποπας τιμωσι, επειδ ει προς  
 τους γειναμενους ευσεβεις. *Aegyptii upupas  
 in honore habent, siquidem erga parentes  
 piae sunt.*“ Enstathius l. c. p. 30. a. „*Upupa  
 avis humanissima est, parentes enim senescen-  
 tes primum alis operit, deinde lingua illorum  
 oculos leniter demulcet; tandem fouens eos  
 pristinae iuventuti restituit.*“ Epiphanius et  
 Pseudo-Hieronymus *Upupam* silentio tran-  
 sierunt.

## §. 2)

ⲙⲟⲟⲟⲟⲓ *Apophos* est graecum *ΑπαΦος*  
 apud Hesychium, aut *Εποψ*, quod aequè ac  
 latinum *Upupa*, et syriacum ⲕⲟⲕⲟⲩⲁ *koku-  
 pho*, Arabumque tam Polygl. et Erpen. quam  
 Samarit. ⲬⲃⲬⲃ *Hudhud*, ab avis voce de-  
 sumtum videtur. Interpres Syrus Leu. XI, 19.  
 Deut. XIV, 18. *Εποψ*, ⲕⲟⲕⲟⲩⲁ *Tarnogulbaro*, i. e. gallum sylvestr. f. *Tetrao-  
 nem Vrogallum* L. quo nomine *αλεκτρονοος*,  
 f. galli



f. galli gallinacei, teste *Hesychio* quoque venit, meri interpretis officio functus reddidit, quasi esset vox ex onomatopoietico דִּירָךְ l. דִּירָךְ Ar. *gallus gallinaceus* et כִּיפָתָה *petra*, composita. Onkelosi et Jeruschalini נַגְרַת טוּרָה *Naggar tura* scalpuriens montem, vel opifex montanus, cum Syro concordat. Fabulae Judaeorum de Vrogallo, ope lapidis *Schamir* s. Adamantis Saxa diffidente; huic versioni fauent. Quum autem *Epops* in locis editis nidum sibi construat, et cristata sit, vel hinc gallus montanus recte dici potuit.

## §. 3.

Vox דּוּכִיפָתָה b. Michaelis suppl. Lex. p. 416. composita videtur ex Arab. *دو* *præditus*, *habens*, et Chald. כִּיפָתָה *ambra*, vt, *prædita ambra* per ironiam dicatur ob stercoreum odorem. Ingeniosa quidem est etymologia, si modo vera. Fama enim, vppam stercore humano vesci, et nidum ex eo construere, ideoque auem pastu obscœnam



Plinio dici, admodum lubrica est, e sensuum fallacia orta. Non enim stercore vescitur, sed vt gallinae illud feminum, aut insectorum caussa, diligenter perquirat, grauem interdum odorem inde reportans, vt in vpupa, quam Butzonii gallinis meis comitem dederam, saepe persensit. Caeteroquin odoris purus, infectis, baccis sambuci nigrae, ribis rubrae, grossulariae, rubi idaei, vitis rel. et feminum allii, porri, apii &c. vescebatur. Idem tuiti sunt Buffonius T. VI. p. 439 sq. et Oedman P. V. c. 7. qui quoque רוכיפת a טיפא et יפת scil. מראה *gallus pulcher* (sc. aspectu Gen. 12, 11.) haud inuita Minerua deriuandi periculum fecit.

## §. 4.

Quid sibi velit auctoris nostri בלו *Bawo*, quod quasi synonymum, aut interpretatio του Επος ει est, dictu est difficile. Lexicorum בלו *bawo*, si modo vera est *bubonis* notio, heic non quadrat. Nec magis Lusitanorum *Popa*, aut Italarum *Buba* i. e. Vpupa, mihi



mihī arrident. Hinc pronus sum ad credendum, auctorem *Pavonem*, ob quamdam soni תי *Tyki*, 1 Reg. X, 22. aut תוכי *Tukki* 2 Chron. 9, 21, cum *Duki-fat* similitudinem forte cogitasse. Nomen *Tyki* naturale esse, ipsi pavones optimi sunt doctores.

CAPVT XXIII. DE ٢ KHAGLO  
PERDICE.

*Physiologus de perdice dicit, quod aliena oua auferat, foueat, pullosque faciat. Quum vero adoleuerint, tunc quilibet eorum se separat et volat ad parentem suum, eamque solam illusam relinquunt.*

§. I.

*S. Epiphanius l. c. cap. IX. „Perdix (περδικς) prolis foecunda est. Constructio enim nido singulis diebus oua parit, nec vero proprii ventris sufficit illi foetus; verum aliarum auium discurrens suffuratur oua, et ad*



nidum suum illa defert.“ *Eustathius* p. 30. a.  
 „Perdix dolo, obtrectationi et malitiae feruit;  
 cum ipsis venantibus auxilio fit, aliena oua  
 clam erepta educit; vbi vero pulli adoleuerint,  
 ad suos secundum genus parentes aduolant,  
 eamque nudam et vacuam destituunt.“ *S. Hie-*  
*ronymus* comm. in Jerem. XVII, 11. Opp. T.  
 IV. p. 961. „Aiunt scriptores naturalis historiae  
 — hanc perdicis esse naturam, vt oua alterius  
 perdicis, i. e. aliena furetur, et iis incubet  
 foueatque: quumque foetus adoleuerit, auo-  
 lare ab eo, et alienum parentem relinquere.“  
 Idem *Pseudo-Hieronymus* l. c. p. 219, et  
*Ambrosius* in Hexaemeron l. V, c. 19. refe-  
 runt, coll. Aristot. hist. an. l. IX, c. 8. *S.*  
*Ephraem Syrus* comm. in 1 Sam. XVII, 11.  
 Opp. T. II. p. 130. ad verba: אַמְרֵי מַיִלָּה בְּיַד הַחַיָּה  
 מֵהַחַיָּה לְחַיָּה: מֵהַחַיָּה לְחַיָּה  
 מֵהַחַיָּה לְחַיָּה . מֵהַחַיָּה לְחַיָּה  
 מֵהַחַיָּה לְחַיָּה מֵהַחַיָּה לְחַיָּה . מֵהַחַיָּה  
 לְחַיָּה מֵהַחַיָּה לְחַיָּה מֵהַחַיָּה לְחַיָּה  
 מֵהַחַיָּה לְחַיָּה . מֵהַחַיָּה לְחַיָּה  
 מֵהַחַיָּה לְחַיָּה



למחנות . ספחה סלל : למסלסל אלל  
 כחוסל ספחה לל לללל אלל  
 ספחה סלל ללל . סלל ללל .

i. e. „Exemplum perdicis illis subiicit, Est ille (diues) sicut perdix, quando oua e nidis aliarum perdicum insidiosè furatur, iis incubat, ea fouet, et paruas perdices excludit. Quando autem pulli auferere et prouolare incipientes vocem matrum suarum audiunt, eas sequuntur, relicta perdice, quae suam conditionem deplorat, quod fraudulenter vocatae ei non respondeant.“

## §. 2.

Auctor effatum Ieremiae XVII, 11. קורא  
 קורא דגר ולא ילר Kore ouis incubat, quae non  
 posuit, (vel: Kore pipiendo conuocat, quos  
 non peperit) respiciens, קורא perdicem esse,  
 praeceuntibus LXX interpretibus, \*) in quo-  
 rum

\*) Quod I Sam. 26, 20. occurrit vocabulum

קורא, Syrus ليل perdix, LXX. υνατιμα-



rum textum duplex του קורא versio: ἐφω-  
 νησε περιδιξ *clamavit perdix*, (Syr. hexapl.  
 ܩܘܪܐ ܩܘܪܐ) irrepsisse, sequens του ἄγρ  
 translatio: συνηγαγεν (Syr. hex. ܩܘܪܐ, Aqu.  
 ܩܘܪܐ) *congregat*, manifesto apparet. Inter-  
 pretum Syrorum in polygl. et hexaplis, item-  
 que

ἄγρ *strix bubo*, etymologice a clamore in-  
 terpretati sunt. Ven. Schnurrer obff. ad Ier.  
 XVII, 11. P. II. p. 24. dubium non habens,  
 quin קורא nomen avis fit, a quo pendeant,  
 quae proxime illi adhaerent, verba reliqua,  
 comma nostrum eleganter transfert: *Kore*  
*qui pullos fouit ab se non genitos, siue, Kore*  
*qui oua fouit a se non parta, erit qui opes*  
*sibi parat etiam iniustis modis; elabentur*  
*illi aetate necdum prouecta, eritque euentus*  
*hic, ut stulte egisse intelligatur. Sed de*  
 eo, quod sit merops apiafter, dubitat, et vo-  
 cabulum *Kore* hoc loco non positum esse eo  
 sensu, vt vnum genus auium distincte desig-  
 net, sed patere latius, et vniuerse glorientem  
 aliquam auem, v. c. *galliuam*, significare  
 coniicit.



que Ephraemi ܡܫܝܠ; Arabis حجلة *chagala*; Chaldaei קוראה, quod ipsum hebraicum est, et Hieronymi *perdix*, a partibus auctoris stant. *Jacob Lombroso* comm. ad h. l. syriacam Polygl. versionem ܡܫܝܠ sicut *perdix*, nihil tale cogitans expressit: קורא מין עוף הנקרא בלעז פירדיש וחסר כף דמיון כקורא דגר ואסף קימו לה פיררדיש אפנייה לו קי נון פארי. „*Kore est avis species, in lingua ethnica perdix nuncupata. Abest Caph similitudinis, (כקורא דגר ואסף) como la perdix apanna lo que non pare, (sicut perdix aufert, quod non peperit.)*“

(Obiter annotandum, dictionem דגר, quam Syrus in Polygl. ܕܟܪܘ *dakro quae vocat*, ob soni forte cum *Dagar* affinitatem transtulit; propter duplex Kametz pro nomine substantiuo haberi posse, nisi constaret, accentum Pascha, aequae ac Sakeph Katon in syllaba tonica, breuem vocalem interdum in longam mutare, v. c. Gen. XXVII, 39.) Vox דגר Ar.



Ar. *دجر* significat: *strepitum edere*, (Thren, I, 20. II, 11. chald. *ארגרו סעי* murmurant intestina mea,) *glocitare*, tumultuario congregari, ouis collectis incubare, (Hiob 39, 14. Ies. 34, 15. vbi *קפוז Kippoz*, quae auis, sono vocis naturali in subsidium vocato, *strix aluco* s. *strix ulula*, similem vere vocem *Kewits* edens, esse videtur, in arbore nidificare, oua ponere, fouereque ac excludere dicitur.) Aliorum opiniones dabunt *Bochartus* T. II. p. 409. *Sixt. Amama* in *Antib. B.* p. 718. etc. *Michaelis* suppl. *Lex.* p. 394. *Ei.* obsf. in *Ierem.* p. 151. *Spohn* in *Ierem.* p. 272. *Faber* scholiis ad *Harmari* obsf. P. I. p. 309. *Schoder* hieroz. *specim.* II. p. 83. In tanta tamen testium nube dubitare licet, num *קורא* reuera *Tetrao perdix* L. sit. Dantur enim aues, quae propria oua deferere et aliena fouere dicuntur, v. c. *Struthiocamelus*, *Otis* *Trappa* *السحابري* \*) *Picus* et *Cucu-*

\*) *Bochart* T. II. p. 251. 260. 283. *Buffon* T. II. p. 429. hanc ouorum alienorum rapi-

nam



Cuculus canorus, cui vel nomen קורה f. *praeconis* cum maxime conueniret, quod ideo *Raschi* ad h. l. קוקו *coucou* transtulit, a R. *Mufaphia* in *Mufaph Aruch* f. 167. a lin. 2. notatus, quod perdix auis esu licita, cuculus autem immunda sit. Cuculum descripsit *Buffon* T. VI. p. 305. coll. *Bochart* T. II. p. 88. 179.

## §. 3.

Cl. *Oedmann* Fasc. II. c. 5. multis argumentis probauit, quod קורה *Merops apia-*  
*ster*

nam et pullationem ita explicare studuit: La *Bartavelle* (perdrix rouge), qui est le *Perdrix* d' *Aristote* (*perdix graecus*), a encore une nouvelle analogie avec la poule ordinaire; c' est de couver oeufs etrangers a defaut des siens, et il a long tems, que cette remarque est faite, puisqu'il en est question dans les livres sacrés *Ier. 17, 11.* De struthione oua aliena fouente et propria deserte (والنعامة تهجر بيضها وبيض) vid. *Ebn Awabig* in H. A. *Schultens* anthologia sententiarum arab. p. 70. 159.



*ster* L. Der Bienenfresser, Immenwolf, cuius descriptionem et figuram *Buffon* T. VI. p. 480. tab. XXIII. *Edwards* T. IV. tab. 183. dederunt, sit declarandus. Nam 1, *Merops* in locis montanis 1 *Sam.* 26, 20; *perdix* autem in planitie \*) nidificat; 2) Arabum قاريه *Kariah*, et Thalmudicorum קריא *Kariah*, (קריא *kariah* mendum est,) avis viridi dorso et longo rostro praedita est; *perdix* autem alio colore et breui rostro gaudet; 3, teste *Bellonio* meropis cantus pluuiam praenuntians est *Grulgrurururul*, qui quum e gutture proferatur, denominationi *clamatoris* ansam forte dedit; 4, quoniam meropes in

focie-

\*) *Ephraem Syrus* quidem Sermone XVII. de diuersis, T. III. p. 652. perdicis montani, ܩܪܝܐ ܕܥܝܠܐ, mentionem fecit, et *Edward* T. III. tab. 119. Perdicem indicum montanum aere expressum concessit; sed ille syriacam 1 *Sam.* 26, 20. versionem forte respexit, hic vero idoneis auctoribus hoc non probauit.



focietate viuunt, et inquieti pugnacesque sunt, facile fieri potest, vt alter alterius oua aut pullos sibi vindicet.

## §. 4.

Quae in libro antiquissimo Bereschith Rabba, paraschach LXIV. circa finem, fol. 72. col. 1. lin. 7. ed. Fft. ad Od. narratur de קורא, a Buxtorfio L. T. p. 2116. et Bocharto T. II. p. 81. iam exitata fabula (ררש), quae Aesopicae de lupo et grue simillima est, nisi quod pro lupo *Leo*, et pro grue *Kore* substituti fuerint, omnino probat, *Kore* auem longo rostro praeditam Medraschicis fuisse, quorum quoque auctoritate commotus R. Nathan Lex. thalm. Basileae 1599. p. 143. a. lin. 4. hanc auem ita descripsit: קורא עוף, „Kore היא ופיו שמנקר בו ארוך ביותר *avis est, cuius os quo tundit (i. e. rostrum) praelongum est.*“ Mihi autem persuasum est, huic loco neque perdicem, neque meropem apiastrum accommodatum esse, quod ossi e faucibus leonis sedentis extrahendae, ob pedum



dum et corpusculi paruitatem, nisi faucibus eius inuolasse et viribus sufficientibus polluisse dicantur, prorsus ineptae sint, sed *ardeam gruem* intelligi, qui quoque in Mischle Schualim fab. VIII. de lupo et grue, עגור *Agur* ardea grus, nec non ardea virgo (Edward T. III. tab. 134.) audit.

CAP. XXIV. DE קוראקסו *KORAKSO*,  
CORNICE.

*De Korakso, qui est koruno s. cornix, physiologus ait, quod par quaeque suum habeat, nec mortuo marito cum altero, nec mortua femina cum altera se iterum consociet.*

§. I.

*Aelianus III. c. 6. „Cornices (Κορωναί) sibi inuicem sunt fidissimi, ut semel ad confortium accessi, se impense ament, nec videas se temere et impudenter miscere. Dicunt has res edocti, quod si alterutra moriatur, superstes*



perstes vidua permaneat. *Eustathius* l. c. p. 30. a. Cornix liberos humanissime amat, et vno viro contenta est; pullos enim iam enutritos perpetuo pascit, eorum curam gerens et vna volans.

§. 2.

כֹּרַקְסוֹ *Korakso* a sono naturali, quod graecum *κοραξ* \*) est, in Lexicis nostris syriacis *coruus*, et femininum eius כֹּרַקְסוֹ *korkasto aquila, cornix* interpretatur. Secundum auctorem nostrum כֹּרֻנוֹ *koruno* eius est synonymum et graecae originis: nam *κοραωνη* *cornicem* apud graecos scriptores denotat. LXX interpretes עֹרֵב *Leu. XI, 15.* et alibi, *κοραξ*; *Ier. III, 2.* vero *κοραωνη* (כֹּרַקְסוֹ in uers. syr. hex.) transtulerunt, quo-

I 2

rum

\*) Syris corui et cornices quoque a sono vocis naturali כֹּבֵב *Nabbo* et כֹּבֵבָא *Nako* audiunt. Cf. *Bochart* T. II. p. 198. sq. et *ill. Niebuhr* in descr. Arabiae p. XLII. qui *Nabbo* *Mosulae Gráb* (غراب) s. *cornicem* dici affirmat.



rum forte auctoritate permotus auctor *korakso* et *koruno*, qui coruus Corone L. esse videtur, eiusdem significationis esse censuit. Quicquid sit, certum est, Hebraeos veteres et recentiores coruos et cornices sub vnica עורב *Orebh* appellatione, quam a nigro colore habet, ob characteres fere sibi respondentes comprehendisse.

CAP. XXV. DE תורב SCHVF.  
NINO, TVRTVRE.

*De Turture Salomo in cantico canticorum (cap. II, 12.) testatus est dicendo: vox turturis audita est in terra nostra. Physiologus de turture ait, quod sit ualde pacificus, in deserto habitet, nec amet esse in medio multorum.*

§. I.

S. Epiphanius c. X. et Eustathius p. 30. a. et Basilius M. in hex. c. VIII. tantummodo de

turture



turture referunt, quod turtur vnus coniugis amans fit, nec post eius mortem alteri se iungat. *S. Hieronymus* l. I. adu. Iouianum n. 30. *Opp. T. II. p. 285.* „Turtur auis pudicissima, semper habitans in sublimibus. — Legamus Physiologos et reperiemus, turturis hanc esse naturam, vt si parem perdiderit, alteri non iungatur.“

§. 2.









Dictio תור \*) *Tor* onomatopoietica est, unde verbum תור *circuire, explorare*, enatum est. Cum enim turtur *Tor suum* recitet aut gemat, circulatim more exploratorum am-

I 3

bulat

\*) Pl. 84, 4. ררור *Deror* a LXX, forte ob soni, cum *Tor* similitudinem, τρυγων *turtur* reditum fuit, quorum error in syriacam et arabicas e graeca adornatas versiones irrepsit. Chaldaeus hanc vocem יונתה *Ionetha* columbam, cuius species est, haud quidem inepte transtulit. De turturibus fuse egerunt *Bochart II. p. 54. sq.* et *Buffon T. III. p. 545. sq.*



bulat. Eum esse auem migratoriam, quae ingruente hieme discedit, et adueniente vere redit, e loco supra allato, et e Ierem. VIII, 7. iam notum est. Syriacum  Schufnino, forte a  depressit, quod in gyrando se quasi deprimat, cominode deriuatur. Arabicum  Schufnin, Gen. XV, 9. Leu. I, 14. XIV, 22. a  limis oculis aspe-  
xit, callidus fuit, originem trahit. Ex mea quoque sententia  ab eadem radice descendit, quod utrumque muri iaculo a natura datum est. Iniecta huius animalis mentione, quae supra p. 25. ex nimio breuitatis studio omisi, ita ferente occasione heic explebo. Vox  in Arab. Polygl. et Barber.  *Alwaeber* transfertur, quod animalculum mure maius, fele minus, teste Aldamiri apud Bochart I. p. 1005. (forte propter caudam agninae similem \*)  *Ganam*

\*) Buffon T. VI. p. 28. caudam eum non habere diferte asserit, sine qua eum etiam reprae-



*nam bani Israel* i. e. agnum filiorum Israe-  
 lis Arabes vocant. Quum Palaestinam inha-  
 bitet, verisimillimum reputo, quod ⲛⲓⲃⲟⲩⲁ  
ⲛⲓⲃⲟⲩⲁ *mures et glires*, qui in simeonis styli-  
 tae vita apud Assemanum in actis mart. orr.  
 T. II. p. 318, et in Elementalī meo syriaco  
 p. 92. pecudes minores et maiores infestasse  
 et ⲛⲓⲃⲟⲩⲁ *instar suum*  
*grunniisse* dicuntur, iidem illi sint, quos Buf-  
 fon T. VI. p. 27. edit. Germ. T. XIV. p.  
 103. sub nomine corrupte expresso *Daman*  
*Israel* descripsit. Sed dubius haereo, an  
 dicti mures, quos ill. *Schreberus* hyraces sy-  
 riacos, licet in Arabia petraea rel. quoque re-  
 periantur, nominari amat, ipsi iidem *Sche-*  
*fannim* Leu. XI, 5. Deut. XIV, 7. Ps. CIV,  
 18. Prou. XXX, 26. excitati, intelligi pos-  
 sint, vt Castelli l. c. pag. 901. opinio est.

I 4

Quum

praesentavit. Videant alii, a cuius partibus  
 veritas stet. Arabum alii caudam ei esse  
 affirmant, alii negant, forte Jarbua cum hy-  
 racibus aut aliis muribus confundentes.



Quum autem vetus *Schafanis* nomen in usu esse defierit, et vtraque muris iaculi et Libanici species, cauda licet et colore diuersa, multa tamen communia habere queat, praestat utramque speciem sub uniuersali schafanis appellatione cum *Oedmanno* IV, pag. 44. comprehendere. Nam characteres a Mose indigitati, quibus ad esum inepti reddebantur, in laudatos mures quadrant, siue longiori siue breuiori, siue nulla cauda *rel.* gaudeant. Obiter annoto, dictos mures tam a suo grunnitu, quam quod rostrum suis, et caput leporis habeant, a veteribus interpretibus modo *chegosche* cuniculos, modo *Thapsaia* *χοιρογρυλλιους*, modo *δασυποδες* appellatos, et nomen *אחבר* *achbar* apud scriptores sacros, et apud syros genericum fuisse. Sed cum nemine pugnabo, qui aliam sententiam adamauerit.



CAPVT XXVI. DE *Col. JAUNO*  
COLVMBIA.

I. *Prima proprietas.* De columba physiologus plura affert. Dantur enim multifariae et multicolorae earum in columbariis species, quarum aliae simplicis; aliae, nigrae, auratae, candidae et igneae aspectu sunt.

Physiologus de columbis ait; quod si columbarius omnes columbas emittat, nihil introducunt. neque quemquam ex aliis columbariis nidos suos ingredi patiuntur, nisi solam ignei aspectus columbam, quae hoc ad omnes intrandi gaudeat priuilegio.

II. De altera columbae varia conditione dicit physiologus, quod si omnes columbae cateruatim volent, accipiter ad unam earum propter vocem columbis natiuam accedere non



*audeat; si vero unam ex iis aberrantem offendat, sine ambagibus statim deuoret.*

## §. I.

Aristoteles hist. an. l. IX. c. 7. Aelianus III. c. 44. 45. Bochart. II. p. 1. sq. Buffon T. II. p. 491 sq. coll. Hasselquist Cl. l. 45. p. 333. Forskal p. IV. n. 15. et p. 5. de columbarum tam agrestium, quam domesticarum speciebus et oeconomia ex parte fuse commentati sunt. *S. Hieronymus* ep. ad Demetriadem Opp. T. I. p. 995. „De agmine columbarum, ait, crebro accipiter unam separat, quam statim inuadat et laceret, cuius carnibus et cruore faturetur.

*Virgil* Aeneid. XI, 721.

*Quam facile accipiter saxo sacer ales  
ab alto*

*Consequitur pennis sublimem in nube  
columbam.*

Quae Auctor de ignei coloris columbarum, nidos aliorum libere conscendendi praerogatiua



tiua tradit, ab aliis obseruatum non reperi.  
Fides itaque penes ipsum sit.

## §. 2.

Columba hebraeis יונה *Jonah*; Chaldaeis  
יֹנְתָא *Jonetha*; Syris ܝܘܢܐ *Jauno*; Arabi-  
bus يَمَامَة *Jemamah*, aut حَمَامَة *chemamah*  
(ex varia pronunciatione) dicitur. Alii dictio-  
nem יונה a R. ינה *oppressit*; alii ab יון *Ja-*  
*van Graecia*, originem trahere asseruerunt \*).  
Sed nihil egisse videntur, quum יון *iu, iun*,  
aeque ac תור *tor*, sonus vocis naturalis co-  
lumbi sit \*\*).

## CAP.

\*) *Bochart* T. II. p. I. sq. *Michaelis* suppl.  
lex. p. 1094. sq.

\*\*\*) Onomatopoieticis, quorum frustra est ten-  
tare deriuationem, abundare linguam he-  
braeam res quidem est notissima, sed Lexico-  
graphi eorum debitam non semper rationem  
habuerunt. Exemplo sit locus Amosi VI, 5.  
הפורטים על-פי הנבל, vbi פורט est  
sonus naturalis *Purt*, quem vtriculum aut  
tibiam



CAP. XXVII. DE ~~ΙΑΝΘΩ~~ HIRVNDINE.

*Physiologus dicit, quod hirundo hieme confecta in aere laeta conspiciatur, et cum voluptate trisset expergesfacta ad opus pro illis qui dormiunt.*

## §. I.

*Aelianus l. 52. Χελιδων δε αρα της ωρας της αριστης υπσεμαινει την επιδημιαν και εστι φιλανθρωπος και χαιρει τω ζω ομωροφιος ουτα, και ακλητος αφικνεται i. e. hirundo pulcherrimi anni temporis significat aduen-*

*tibiam pessime inflantes, aut ad chordarum fonum haud scienter cantantes edere ore solent. Qui quum fit fonus abruptus, verbum פּרַע diuisit, et פּרַע deciduum, separatum. elicuisse videtur, Psal. XLII, 2. Ioel I, 20. vox ארע est onomatopoeitica. Nam ceruus vredine aestuans, ideoque ardentius aquam sitiens, hunc fonum Arang edere solet.*



aduentum, et est hominis studiosa, cuius contubernalem se esse gaudet, nec vocata aduenit.

§. 2.

Onomatopoieticum סִיס *sis*; Jerem. VIII, 7. \*) aut סוס *sus*, Jer. 38, 14. syriace ܫܢܘܢܝܬܐ *schenunito*; chaldaice סוסיא *susja* et סנוניתא *senunita*; Arabice سنونوة *senunuah* et صنونيه *tzemuniah*, graece χελιδαυ *hirundo* redditum fuit, quae versiones omnes hirundinis significationem confirmare videntur. Certatur autem, et adhuc sub iudice lis est, utrum דרור *dror* Pf. 84, 4. et Prou. 26, 2. ex mente Kimchii in Lex. hebr. praeceuntibus thalimudicis, nec ipso contextu Pf. 84.

\*) In hexaplari syriaca versione scribitur ܫܢܘܢܝܬܐ *senunito*, pro quo symm. habet ܫܢܘܢܝܬܐ (τεττιξ *cicada*.) In Samaritana versione חסירה Leu. XI, 19. Deut. XIV, 18. male סנוניתא, et in tetrapl. Barber. עטרף arbitrario خطاف *hirundo* redduntur.



Pf. 84, 4. \*) repugnante, *hirundo* (אִירוֹנְרֵלָא *hirondelle*), an *turtur* aut *passer*, vt LXX. soni *Tor* et *Dror* similitudine decepti promiscue verterunt, sit intelligendus? Equidem nullam subesse video causam, cur domesticum passerum et hirundinum sodalitium dissociemus, et loco hirundinum, passeribus aues heterogeneas, turtures puta agrestes, aggregemus. Ex meo itaque iudicio ven. *Tingstadius* in egregia sua Psalmorum Dau. translatione

\*) *Passer quoque inuenit domicilium, et hirundo nidum pro pullis suis prope altaria tua.* — — Ergo non in ipsis altaribus, vt quidam hariolati sunt, sed in eorum vicinitate, ubi templum erat, nidificarunt. Atqui passeribus et hirundinibus ad templa et domus, *sive* hominum permissu. vt Psalmistes et Herodotus I. 159. testes sunt, *sive* naturali instinctu liber semper patuit aditus, a quo neque acroteria, verubus et laminis acutis ad coruos *rel.* arcendos fabricata (v. Borchart II. 53. sq.), neque vigilum alacritas hasce aues minores in rimis, foraminibus et angulis nidos construentes abigere potuerunt.



tione suecana, Vpſalae 1791. 8. paſſeres et hirundines (*ſparſven og ſvalan*) recte retinuit. Quod autem duumiri *Haffelquiſt* et *Forkal* hirundines in tabulas ſuas non retulerint, ex eo non ſequitur, quod in Aegypto et Palaestina non dentur. Nec binomia auis ſententiam labefactat. *Michaelis* quidem ſupplem. lex. p. 477. *Forkalii* auem *Dururi*, quae, vt deſcr. p. 10. narrat, cum *dactyli* maturuerunt, *Alexandriam* fine *Octobris* ex *Aegypto* ſuperiori venit, et his conſumtis poſt tres meſes abit, intelligi poſſe auctor eſt, ſoni ſimilitudine, vt videtur, ad ita ſtatuendum permotus; ſed neque hanc auem deſcripſit *Forkalius*, neque auis migratoria hieme nidificat, ouis incubat et pullos excludit. Ven. *Paulus* clauſi in *Pſalmos* p. 209. ררר pro *formica exigua* habet, quod נא a *Caſtello*: *formicula perquam exigua, atomi inſtar*, dicatur, licet in eam non quadret, quod *Prou.* 26, 2. τω *Dror* alae, et in *Pſalmo* l. c. nidus et pulli tribuantur.



CAP. XXVIII. DE *سيرة* SIRENE.

*De sirene et strige dicit Propheta Jesaias (XIII, 22. XIV, 14): Dæmones Sirenesque et Ericios Babeli esse saltaturos. Physiologus de sirene et strige ait, quod sirenes sint ex iis animalibus, quae in mari se continent, musicis praeditae vocibus, quarum pars dimidia superna usque ad umbilicum, hominis; pars autem dimidia inferna anseris referat similitudinem. Ejusdem formae quoque est strix, cuius alterum dimidium homini, alterum inde a pectore equo similia sunt.*

## §. I.

*Quem Auctor secutus sit, incognitum habeo. Homerus odyss. XII. Sirenum earumque cantus iam meminit, et Horatius A. P. 4. eas describit: Desinit in piscem mulier formosa superne.*



*superne.* \*) *Aelianus* XVI. 23. Σειρηναί  
καταπλεροί γὰρ ὡς ἦσαν καὶ τοῦ μυθοῦ κοραί,  
καὶ τοὺς ποδας ὀρνιθῶν ἔδοκουν, ποιετοὶ τῶ  
αἰδοῦσι καὶ ζωγραφοὶ δεικνύσι. „*Sirenes*  
*etiam*

\*) Eamdem formam habuisse Deam, quam Syri  
*Derceto* s. *Atergatis* (chald. תַּרְעָתָה *Tar-*  
*gata*), Hebraei דַּגּוֹן *Dagon* vocarunt, Lu-  
cianus et alii retulerunt. Conferantur *Mi-*  
*chaelis* notae in Lex. syr. Castelli p. 975.  
Suppl. Lex. p. 393. et cl. *Eckhel* doctrina  
numor. vett. P. I. Vol. III. Viennae 1794. 4.  
pag. 445. Quod Vir rei numariae graecae  
et romanae peritissimus in doctrina numo-  
rum phoeniciorum et hebraeorum l. c. pag.  
406. 458. sq. nec lecta mea *Diatriba*, nec  
assertione epistolari, moribus illiberaliter  
me infecutus sit, eo magis admiratus sum,  
quo magis in sic dicta sua doctrina de numis  
incognitis Hispanicis, phoeniciis, hebr. exi-  
guam palaeographiae orientalis peritiam pro-  
didit, mero compilatoris, minime doctoris,  
vt operis titulus poscere videbatur, officio  
diis iratis defunctus.



etiam virgines alatas, et pedibus aues fuisse poetarum fabulae canunt et pictores significant.“ Hyginus F. 125. „Sirenes partem superiorem muliebrem habebant, inferiorem gallinaceam.“ Hefychius: Σειρηνες οἱ μὲν ἔξω γυναικας φασι μελωδουσας. ὁ δὲ Ακυλαῖς σρουθοκαμηλον. *Scriptores profani sirenes dicunt esse mulieres dulce canentes, Aquila autem struthiocamelum.* Cf. Suidas ad v. Σειρηνες, et Bielius in nouo thesauro philol. T. II. p. 267. sq. Sed Physiologus Syrus etiam sub ferenibus comprehendit Nereidas, Tritones et Centauros l. Onocentauros, quemadmodum LXX. et Vulgata dictionem אֵיִם Iesai. 34, 14. reddiderunt, quorum imagines in numis, *Spanhemius* de usu et praest. num. diff. V. n. III. T. I. p. 251. sq. ed. Londin. 1706. erudito commentario concomitatas proposuit. Arabum de fabulosis hisce animalibus relationes Bochartus II. 861. sq. diligenter congeffit. *Jarchi* comm. ad dictiones בני ימא tr. Bechorot fol. 8. a. lin. 2. annotat: בני ימא דגים



רגים יש כים שחציים צורת אדם וחציון  
 צורת דג ובלעז שריינא i. e. Filii maris  
*sunt pisces, quorum dimidium formam homi-*  
*nis, dimidium autem formam piscis habet,*  
*in lingua exotica Sirenes appellati.* Ben Al-  
 derheim, referente *Casiri* l. c. pag. 320. a.  
*Sirenes* سريناس, *aves marinas, rostro ob-*  
*longo, vario et suavi cantu mirabiles de-*  
*praedicat.*

§. 2,

Vox graeca Σειρηνες ab interprete Syro  
 Jesai 13, 22. et Jerem. 50, 39. pro hebraica  
 אים adhibita fuit. LXX. תנים *Tannim* \*)

K 2

Jes.

\*) Dictio תנות Mal. I, 3. quam LXX. Syrus  
 et Chaldaeus *mansiones* verterunt, videtur esse  
 pluralis τῶν Τῆν *Tlan*, sub terminatione fe-  
 minina, propter Dagesch F. in vltima ex-  
 pressum radicali. Arabum تان *substitit*, et  
 تان *mansio*, cum hebraico contendere nequit,  
 nisi verba perfecta imperfectis, et geminan-  
 tia Ain cum quiescentibus ultima, pro lu-  
 bitu



Jes. 34, 13 et 43, 20. Job. 30, 29. itemque  
 בְּנוֹה יַעֲנָה Jes. 13, 21. Jer. 50, 39. Mich.  
 1, 8. Σειρήνες reddentes, istas dictiones sy-  
 nonyma, ob trucem, quem edunt et thoes  
 et striges, clamorem haud incongrue reputasse  
 videntur. Sed Syrus easdem dictiones he-  
 braicas Jes. 13, 22. 34, 13. 43, 20. Jer.  
 10, 22. Mich. 1, 8. (Lam. Jer. IV, 3. תַּנִּין)  
 Job. 30, 29. (vt Ephr. Syr. ad h. l.) תַּנִּין  
*yorure* \*) i. e. thoes; contra vero Ezech. 29, 3.  
 תַּנִּים,

bitu miscendi veniam petamus demusque vi-  
 cissim — Fortassis a תַּנִּין *posuit*, vocis ori-  
 ginem quaesiverunt, aut acute pro more  
 coniecerunt.

\*) In versione Syr. hex. vocabulum תַּנִּים Jer.  
 X, 22. ab Aqu. et Symm. שִׁירָיִם *Sirenes*;  
 a Theodot. זַנְבִּין *thoes* aut *dracones* red-  
 ditum fuit. In versione LXXvirali נַבְּאֵן  
*Struthiocamelus* deprehenditur.

Quum, vt supra p. 28. allatum fuit, hyae-  
 nae et Schagales mortuorum cadauera e se-  
 pulcris eruere et deuorare soliti sint, priscis  
 Hebraeis,



תנים, et Exod. VII, 9. 10. 12. Jes. 51, 9.  
תנין, per זנבן *dracones*, et *crocodilum*  
verterunt.

De istarum vocum significatione erudite  
differuit cel. *Schnurrer* in dissertt. phil. crit.  
p. 323. sq. eas scilicet denotare Arabum *بنات*,  
seu Persarum *شغال*, supra cap. IV.  
p. 45 sq. memoratas. Quod autem *Sirenes*,  
Syrorum *ܝܘܪܘܪܝܢ* *yorure*, et Chaldaeorum  
*ܝܘܪܘܪܝܢ* *yorurin* (Jes. XIII, 22. *ܝܘܪܘܪܝܢ* *sphal-*  
*ma* est) *thoes* s. canes aurei L. sint, fidem  
optimam facit *Barhebraeus* in chronico Syr.

K 3

p. 333.

Hebraeis, Aegyptiis, et aliis orientis natio-  
nibus, vt huic malo obuiam irent, ansam  
dedisse videtur ad ea, nisi ligni, lapidum,  
et opum penuria obstaret, vel comburenda,  
vel sepulcris in petra excisis, aut lapidibus  
exstructis tumulis tuta reddenda. Atque hanc  
esse causam, cur in Bengala diuites Muham-  
medani mortuos suos tumulis lapideis con-  
tegant, e relationibus Missionis Danicae  
fasc. XXII, anni 1782. p. 1256, discimus.







